COLLOQVIVM DE VENÆ SECTIONE IN MORBILLIS.

INTER DVOS DOCTORES MEDICOS HISPALENSES.

INTERLOCVTORES
ALTAMIRANVS. SPINOSA.

Scripsit & typis dedit Doctor Ioannes de Saauedra; in academia eiusdem ciuitatis, olim Primarius Medicinæ Professor.

12

UNIVERS. HISPAL.

Altamiranus. O quam opportuné accedis Spinosa? Spinosa. Placet opportunè venisse: quid me vis facere. Altam. Ex quo in lucem edidisti apologiam contra sanguifugum Doctorem, tecum conferre optabam multa dubia, plurima falsaque dixisti. Spin. Adsum, & libenter satisfaciam prout potuero: sed vbi nam, quia deficit opportunus locus. Altam. Prope est domus doctoris Ioannis de Saauedra, ipse erit iudex rectus nostrarum contentionum. Spin. Minimé ipsemet enim est sanguifugus contra quem scripsi, minimeque liberè, sed cum affectu contrario iudicabit. Altam. O bone Deus! sanguifugus est Saauedra: miror iam tuam audaciam in dicendo cótra virum doctum, & veteranum. Dubitaui semper de doctore sanguifugo, & adhuc dubito, non enim dormit Saauedra, sed vigilat, & responsum tibi dedisset. Spin. Verè contra ipsum scripsi, ipse enim solus de morbillorum natura, & de venæ sectione vitanda in ipsorum apparitione scripsit. Altam. Ita est, & benè ais, verúm non se offert adeo opportunus locus, conueniamus illuc, & non iudicet, sed attédat, & scribat quæcumque dixerimus. Spin. Fiat sic. Alta. eamus ergo. Spin. Quænam est domus doctoris. Altam. Hæc ipsa, ad quam accedis, ingrediamur. Altam. Spin. Salue dignissime Doctor. Saauedra. Et vos pariter saluete. Quid boni viri ingeniosissimi? Offert sené aliqua medica cótrouersia, in qua sententiam meam interponá? Altam. Offerunt se multæ, doctor dignissime, & magister, maxime, in apologia quam proximis diebus in lucem edidit amicus Spinosa, quam ego hodie coram te impugnare contendo, & Spinosa pro viribus defendere. Saauedra. Hanc eandem apologiam etsi contra me editam, minimé impugnare decreui, scatet enim tot, tantisque erroribus in ipsis artis principijs, vt nulla sint principia fortiora, quibus probare possem falsissima, quæ affirmat. & placet Altamirane? Hanc impugnationem omisisse, nam á te susceptam spero ob tui ingenij acumen validissime impugnandam

dam. Altam. Faciam pro viribus in tuæ doctrinæ defensio nem, à qua deducam præcipua fundamenta: nec volumus, dignissime doctor, tuæ sententiæ interpositionem, nec decisionem tuam. Volumus tamen, vt valde attēdas, scribas & typis mandes quæcumque dixerimus. Saauedra. Faciā libenter, incipiatis IN NOMINE DOMINI.

ALtam. Primum Spinosa venit inuestigandus author huius tuæ apologiæ? Spin. Quid ais Altamirane, est ne dubium, ego sum? Altam. De nomine habes titulum, verum in re alienum habet authorem. Spin. Quem? Altam. Doctissimum, & grauissimum doctorem ferunt. Spin. Quid amplius? Altam. Multis annis primarium medicinæ professorem, natura Cantabrum, paruum corpore, stimatione magnum, adeo vt inter destinatos pro Regio cubiculo præcipuum teneat locum. Spinosa. Hæc sunt pathonomonica signa, posses etiā nomē assignare. Altam. Possem quidem, verum placet nomen tacere. Spin. Qui sunt authores huius attributi. Altam. Omnes medici doctores Hispalenses id affirmantes; quiq; vno ore fatentur apologiam á prædicto doctore accepisse. Spin. Falluntur omnes sine dubio, ego sum verus author apologiæ, nec alium habet non solū authorem, sed nec quoad iutorem. Altam. Libenter tibi fidem præstabo Spinosa, parcam doctores, tot enim, tantaque erronea, quanta in tua apologia habentur, minime potuerunt esse partus tanti doctoris veterani, quæ ipsis etiam tyronibus sunt indigna. Spin. Age iam Altamirane? rumpe moras, nec in prologi longitudine tempus conteras, ad rem accede, & videbis quam vera, certa, & viris doctis digna sunt omnia, quæ in mea apologia habentur. Altam. Fiat Spinosa, & primo, si tibi placet, examinemus præcipuas propositiones tuæ apologiæ, quibus niteris ad probandum venam esse secādam morbillis aparentibus & postea si per tempus licuerit, examinabimus particularia eiusdem. Spin. Sit ita.

 Altam.

Altam. Est ergo tua prima, & præcipua propositio: *Morbillorum exitus semper est simptomaticus, & nunquam criticus.* Hanc conclusionem habes folio quarto tuæ apologiæ §. Sit igitur conclusio, &c. Spin. Ita est.

Altam. Secunda tua præcipua propositio est: *Primus dierum decretoriorum est septimus dies, & nullus datur dies decretorius ante septimum. Nec ante septimum contingit perfecta crisis.* Habes hanc conclusionem folio quarto in fine, §. ad nostrum, cum sequentibus. Spin. Ita est.

Altam. Tertia tua præcipua propositio sic habet. *Febris ex putredine orta, siue humor putridus causa febris, nunquā vinci potest, nec concoqui ante septimum diem.* Hanc conclusionem habes folio quarto in fine. Spinosa. Ita est.

Altam. Quarta tua conclusio, folio, Sic habes. *Crisis vera & absoluta comprehendendo, conturbationem, euaquationem & salutem secutam, omnia intra diem naturalem euenire semper est necesse vt vera sit crisis.* Hanc habes folio secundo. §. *Quæ debet esse subitanea*, &c. Spin. Ita est.

Altam. Quinta tua propositio talis est. *Nulla datur crisis perfecta per fluxum sanguinis, in sinochis ex putredine, imo semper talis fluxus nascitur ex irritamento materiæ ante coctionem expulsæ.* Hanc conclusionem habes folio 6. in fine. Spin. Ita est. Altam. Has propositiones adducis, quibus probare contendis excretionē morbillorum esse simptomaticam semper, ac ex consequenti venam esse post exitum secandam semper, aut communiter.

Sed ante quam ad tuas propositiones accedam, miror Spinosa, qualiter volueris quæstionem de variolis, & morbillis definire, intacto Auicena. Equidem ignorasti ipsum fuisse principium, & finis huius tractatus; principiū, quoniam nullus ante Auicenam de variolis, & morbillis scripsit, non enim eas cognouerunt antiqui Hippocrates, nec Galenus. Finis quoniam sic Auicena absoluit hanc tractationem quasi esset vltimus; adeo vt omnes imposterum scribentes nihil addiderint, sed omnes ab ipso transcripserint

rint quidquid dixerunt. Non ergo potuisti quæstionem de venæ sectione in morbillis sine Auicena resoluere, nec huius excretionis naturam ad vnguem definire. Spin. Satis mihi fuit cum Galeno definisse, nam etsi has ægritudines non cognouerit, nec de illis in particulari quidquam dixerit, tradidit nobis vniuersalia Theoremata, quibus natura, & remedia morbillorum possint inuestigari: ea sunt quæ in mea apologia adduxi. Altam. Falleris in duobus Spinosa: primo, quoniam ex vniuersali doctrina Galeni potius cõstat, & colligitur huiusmodi excretionem esse criticam, nec venæ sectione indigere, de quo infra. Secundo falleris Spinosa, quando omnia sub vniuersali doctrina comprehendi existimas, contrarium ex Auicena intelligeres, si ipsam salutasses, nam statim in limine cum omnia vniuersalia, & particularia ab eis deducta, tractanda in suo libro proposuisset, ait. *Quod super ipsum additum est in comprehensibile est.* Doctores de proprietatibus indiuidualibus interpretantur, quę non cadunt, nec comprehenduntur in doctrina vniuersali. Et Galenus dixit. *Nec enim satisfaciunt ad exactam cognitionem vniuersales methodi. Sunt enim propotioribus exempla habenda, quæ ipsi oculis vsurpamus.* Spinosa Quid ergo habet sibi proprium, & indiuiduale morbillus. Altamiran. Crisim illam communem in omnibus suis particularibus febribus à tertio vsque ad quintum; quod nulli alteri febri ex continuis, nec ex continentibus conuenit; vidit Galenus nonnullas eisdem diebus terminari, verum non cognouit febrem, cui toto genere conueniret terminari in tertio, vel quinto. Spinosa. Quis notauit huiusmodi propietatem. Altamiran. Ex obseruatione constat, & lectione multorum authorum. Audias Mercatum, cum ait. *In critica expulsione morbillorum mouet natura genus quodam febrium huic solum morbi generi proprium & familiare.* Spinosa. Et vnde hæc proprietas? Altamiran. Ex particulari conditione, quæ nunquam in alio febrium

in proœmio.

9. meth 4.

c. de vario. & morb.

febriumgenere fuit reperta, vnde parum infra dixit: *A causis nascitur morbillorum febris longe diuersis á communi putredine* : & statim dixit. *Et hinc nascitur quod febris hæc in quarto, & ante ipsum, vel saltim ante septimum terminetur, & è contra in febre maligna in exitu ex anthematum deterior reditur affectus.* Spin. In his omnibus non assignas differentiã, etsi differentiam intercedere dicas. Altam. Id ipsum dixit Auice. quando ebullitionem, & ferborem variolarum, & morbillorum contulit cum musti ebulitione ad depuratio

cap. de vario. nem sanguinis, de quo plura infra. Interim scias particulares cõditiones indiuiduales non cadere sub vniuersali doctrina. Spin. Et interim, atque non adducis euidẽtiora, ego à propria sententia non dicenda. Sed perge quæso ad propositiones meas, & præcipua quæ primo loco examinanda venit, sic habet in mea apologia.

Morbillorum exitus semper est simptomaticus, & nunquam criticus.

Altam. Admirabilis propositio nunquam audita, à nemine scripta falsissima, erronea, detestanda, periculosa, læthalis quibusdam omnibus nociua. Contendis Spinosa ex hac propositione inferre venæ sectionem in omni morbillo post apparitionem, ex eo quod simptomaticè semper egrediatur. Et miror tuam pertinatiam, post tot, tam clara & euidentia, quæ adduxit noster doctor in suis quatuor opusculis contrarium probantibus: ego autem in hac prima propositione multa inde deducam, & plurima addam. Ex quibus constabit quod nomine es Spinosa verum natura, & inclinatione sanguisuga, humani sanguinis. Probabo ergo omni medio (authoritate scilicet, ratione, & obseruatione) contrariam propositionem, quod morbillus communiter est criticus, & raro simptomaticus.

1.4.tit. 4.cap. 6 Accedat ergo primus Auicena, cum ait. *Et variolæ quidem*

dem sunt quasi modus quidam crisis. Ecce crisim appellat ex. cretionem variolarum. Spin. Non dixit crisim esse, sed similitudinem crisis. Altam. Quamuis ita esset excretio crisi simillima, erat sufficiens causa, & ratio, vt obseruares talem motum sanguisuga? nec statim chirurgum conuocca- res ad secandam venam, præter quam quod de variolis dixit Auicena, quæ etsi criticæ, simptomaticé etiam egrediũtur plures. Spin. Quid ergo per modum intelligit. Altam. noster doctor in suo primo discursu interpretatus fuit. *Modus, id est, differentia crisis permutationis, prout distinguitur cõtra crisim per excretionem.* Ego autem dico secundo, quod per modum Auicena intellexit differentiam specialem ex parte materiæ excernendæ in variolis, & morbillis illis solis debitam minimè alijs febribus. Spin. Quænam est hæc Altam. Ebulitio illa perfectiua, quæ nascitur ex materia á primordijs contracta, quæ in nulla alia febre reperitur, nec modus feruoris, & ébulitionis, de quo plura inferius. Tertio dico quod per modum intellexit Auicena specialem, & perpetuam differentiam, qua febres variolarum, & morbillorum terminantur, cum enim aliæ febres continuæ ardentes, sinochæ, multis modis terminentur scilicet flux sanguinis, sudore, alui fluxu, hæmorroi dibus, vrina, parotidibus artritide, & quibuslibet alijs abscessibus, febres variolarum, & morbillorum, solum vno modo terminantur, variolis scilicet & morbillis. Sic interpr tatur illum locum Horatius Augenius, itaque cum variolam veram, & absolutam crisim docuerit Auicena, differentiam in materia, & speciali modo notauit prædicto loco, quod præcipue locum habet in morbillis, siquidem statim dixit. Morbillus secundum plurimum egreditur subito, variolæ autem aliquid post aliquid. Verum expræsé Auic cap. de febre sanguinis putridi, excretionem variolarum, & morbillorum crisim appellauit, cum dixit: *Et crisis eius est vsque ad septimum. Et quandoque febris hæc permutatur ad variolas, & morbillos.* Intellige crisim breuiorem siquidem in tertio, vel

vel quinto morbilli ægrediuntur.

cap.6. Gentilis dum interpretatur prædictum Auicennæ, locum dixit: *Excretio variolarum est absoluta crisis permutationis.* Et in cap.8. sequenti dixit. *Apparentibus morbillis non secatur*

cap.8. *vena, quia motus naturæ criticus impeditur.* Ecce tantus doctor crisim appellat variolas, & crisim appellat morbillos.

Nicolus Florentinus capite proprio de variolis dixit. *Morbilli plurimum sunt crises febrium cholericarum.* Ecce dũ explicat naturam huius excretionis per abscessum, criticũ vt plurimum esse affirmat, tibique & tuæ propositioni omnino est contrarius.

3.4.t.1 Tadeus Florentinus interrogat, an variolæ sint crises, &

c.2. ait. *Cuiuslibet ægritudinis ex sanguine generatæ, variolæ sunt crises, quæ exeuntes secum ducunt materiam ægritudinis sanguineæ:* Et considera Spinosa, quod isti omnes locuntur in variolis. Et si hæc in ligno arido, vbi plures ægrediuntur simptomaticè, & moriuntur, in viridi quid dixissent, in morbillis scilicet fere semper criticis, vbi fere nullus moritur, & imposterum notabis verba. *Quæ exeuntes secum ducunt materiam ægritudinis.*

4.collig Auerroes dixit. *Crisis permutationis, aut fit per apostemá in aliquo particulari membro, aut per pustulas communes, vt in*

de morb *variolis, & morbillis.* Ecce crisim morbillorum ex Auerroe.

puer. Geronimus Mercurialis inquit. *Variolæ, & morbilli fere in totum sunt crises permutationis.* Et loquitur de variolis, & morbillis, quid si de morbillis solum? fortè crises esse sem-

lib.2. per diceret.

Herculanus super prædicto Auicennæ loco ait; *Variolæ & morbilli sunt de summa excretionum criticarum.*

Holerius cum de exanthematibus in communi loquatur comprehendendo maligna, variolas, & morbillos dixit critica sunt huiusmodi exanthemata febrib⁹ putridis, ecce crisim & in materia putri, & necessàrio in morbillis ante septimum.

Gordonius dixit. *Si variolæ fuerint paucæ, & cito apparentes*

tes, & quod cito maturentur signum est bonæ crisis, quia per modum crisis eueniunt. Ecce crisim bonam in variolis. Ergo multo magis in morbillis. *cap. de vario.*

Doctissimus Prothomedicus Mercado statim initio capitis ait; *Variolarum, & morbillorum est duplex genus, alterum cum præcedunt febrem, & tunc credibile est simptomaticè excerni, alterum cum subsequntur natura per crisim vincente, & ad cutim trudente, & hoc est quod frequentissime in variolis, & morbillis conspicimus*: & statim cum differentiam inter vtrũque assignasset, ait; *Vtraque tamen est naturæ actio*: & hinc deduxit scopum ad prohibendam venæsectionem morbillis apparentibus, quando dixit: *Transacta prima occasione extrahendi sanguinem, in variolis si multum facessat negotiũ plenitudo sanguis, extrahatur ex Auic. at si non præualeat, vt semper non præualet in morbillo, sed humorum vitium, transacta prima occasione deueniendum est ad alterum scopum.* Ecce tria, Spinosa? nam te docet esse criticum, Te docet nõ esse secandam venam cum appareãt. Tertio te docet rationem ob quã quoniam scilicet non inuenitur plenitudo, quæ impediat delationem ad cutim, sed humorum vitium sine illa. *cap. pro.* *cap. de curatione.*

Eustachius Rudus ait; *Quemadmodum enim in variolis materia pro maiori parte ad extimam cutim propulsa est, à venæ sectione omnino abstinemus, quia præter id quod motus qui criticus est interturbatur (is enim propter ebullitionem perfectiuam excitatur) periculum quoq; est ne materia extra venas expulsa, præsertim penes partem tenuiorem, rursus remigiet ad venas, & ebullitionis corruptiuæ sit causa.* Multa docet Eustachius Spiñosa? docet te esse criticũ morbillum, atque variolam, docet te communiter ebullitionem esse perfectiuam, quod est idem. docet te amplius timendum esse recursum ad interiora in materia tenui, qualis est morbillorum, docet te non esse proinde venam secandam in eorum apparitione. Et hoc in capite de scabiè: idem in capite de variolis, & morbillis ait; *Multo accutiores sunt morbilli quam variolæ, quoniam intra septimum sunt indicati: nota verbum indicantur, & intra septimum* *lib. 1. c. 9.*

& statim

& statim ait, *Hinc est quod cum variolæ à crassiori materia, plures moriantur, ex morbillis vero rarissime ob materiæ tenuitatẽ.* *Et parum antea dubitatione esse dignum iudicauit, quod cum crisi expellantur variolæ, & morbilli sine rigore tamen.*

Doctissimus Paschalius dixit. *Duplex est curatio variolarum, & morbillorum ante apparitionem vtriusque est necessaria, variolis, quoniam ex sanguine non billioso fiunt: at vero morbilli breui tempore euanescunt, quare nulla postquam perfecte eruperunt, egent curatione.* Ecce citissimã breuissimam, & securissimam morbi terminationem, in morbo acuto, & cum abcessu subito, quæ necessario crisim includunt: & ideo nulla curatione indigent, maxime venæ sectione.

cap. pro.

Peredá in Scholio ait. *Eam habent naturam variolæ, & morbilli, vt celerem habeant motum, & statim crisi finiantur.* Ergo non solum est crisis ex isto authore, sed integra, & perfectissima, siquidem statim finitur morbus.

Spin. *Siste gradum Altamirane?* libentissimè tibi concedo, omnes scribentes has excretiones appellare criticas, verum omnes fallantur nescientes naturam crisis, & eius requisita, quæ in morbillis non reperiuntur, vt ex mea apologia constat. Altamira. O admirabilis Spinosa, tu solus scopum attingis, & omnes falluntur ab Auicena, vsque in hodiernam diem, audias quæso, verba Galeni contra te: *Rationabile enim esse puto existimare, vnum ignorare potius quam omnes alios.* Verum hæc tua responsio petit vt ratione probemus; & ex Galeno morbillos esse excretionem, seu abscessum criticum, credis enim falso ex Galleno contrarium constare. Et in primis huiusmodi expulsio est celerrima, imo nulla febris humoralis, adeo celeriter terminatur, & cessat: ergo per crisim, cum crisis sit subita mutatio ad salutem, cum excretione, vel abscessu. Spin. Deficit pugna, & deficit coctio, ad crisim requisita. Altamiran. De his requisitis Spinosa infra plura videbis tibi contraria, verum modo tibi exabundanti concederem, quod hæc duo requisita deficiant, si deficit morbus, sine metu recidiuæ, ad quid uenæ sectio, vt cumque finiatur, etiamsi sine pugna, & ad quid coctio si morbus est sine putredine coc-

2. de vsu part. 3.

tione non indigens. Spin. Quid ais si febris est de genere tertianarum putrida, poterit sine coctione superari. Altam. in nullo alio magis fui suspectus de doctore illo authore tuæ apologiæ, quã ex putredine, quam contendis in febre morbillosa: cognoui enim illum per multos annos in tractatu de putredine saturatum legendo, scribendo, disputando, & consultando, adeo vt credat ipsum solum naturam putredinis consecutum: & cum contendas maiorem putredinem huic febri tribuere quam illi cõueniat, vt conuincas esse inuencibilem vsque ad septimum, non possum non dubitare de doctore, verum de his tuis requisitis in tertia propositione latius.

Vlterius ad crisim morbillorum probãdam audias Mercatũ, cũ docet in quo verè crisis natura consistat, dixit; *Non in perturbatione, & euaquatione præcedentibus, sed in subita ad salutẽ mutatione, cum mille modis simillimis accidentibus videamus laborantes torqueri, vt non sit ita facile distinguere inter signa critica, & simptomatica, maxime cum coctionis signa aliquo casu ocultantur, & delitescunt, aut licet ocultè coxerit natura nõ dũ apparuerint: etiam euaquationes mille modis in morbis apparẽt non decretoriæ, cæterum subita mutatio ad salutem cum euaquatione non nisi vno, & salubri morbo.* Cum ergo hæc duo excretio, & salus secura & subita in morbillis inueniantur euidẽter, & longa obseruatione, de conturbatione, & coctione deberes esse certus Spinosa? etsi non satis constarent: vbi in pueris non reseruatur vrina, nec accidentia similiter ex defectu relationis, atq; in gradioribus constant, etsi omnia cõcurrant & inueniantur in omnibus. *de signis crit. q. 194.*

Vnde idẽ author ex sentẽtia Galeni multis in locis dixit. *Ea est perfecta, & legitima crisis, in qua morbus salubris est, virtus robusta, & materia benigna, ac faciliter mobilis, quo necessũ est morbi salubris coctionẽ præesse, maxime robustis existentibus viribus, quæ discernant nociua, & expellant cũ salute.* Videntur Gal. & Merca. depingere crisim morbillorũ in omnib⁹ istis requisitis: perpẽde omnia in particulari Spinosa? & videbis crisim morbillorum ex Gal. cum ex ipsius doctrina iudices illum sypmtomaticum. *q. 95. n. 8. Gal. 3. cris. 4*

10.*meth vltimo.* Præterea idē, Galenus inquit; *Simptomaticus, & exitialis affectus, nec leuissimum errorem tolerant.* At morbilli multis erroribus commissis, & sine medico omnes sunt salubres, ergo quia critici.

1. epid. sec.2.45 Adue ex Hippocrate constat quando dixit. *Coctiones celeritatem iuditij, & salubrem securitatem significant, cruda vero, & incocta & in malos conuersa abscessus, crisium defectum, aut vehementes labores, aut mortes, aut eorundem malorum reuersiones.* Sicut euidenter in morbillis inuenitur celeritas iuditij, & salubritas: sic euidenter non apparent labores, mortes, prauitas abscessuum, nec recidiua. Est ergo motus non simptomaticus, sed victoriosus procedens ex coctione.

4. apho. 22. Galenus etiam cum ait; *Quandiu à causis morbum facientibus grauatur natura, & humorum adest cruditas, tunc vt aliquid recte vaquetur fieri omnino non potest.* Si per te Spinosa morbillorum expulsio est simptomatica, quomodo rectè excernuntur, & salubriter in omnibus.

Præterea Spinosa? validissimam rationem, ex tua apologia deducam; ais fol. 2. §. Cuius febris, &c. *Quod in lata significatione crisis, significat quamcumq; morbi solutionem, & hoc modo loquendi; exitus variolarum, & morbillorum est crisis, velud & quæcumq; alia morbi solatio;* ex quo sic infero, per te exitus morbillorum soluit morbum. Ergo non est necessaria venæ sectio sanguisuga, non enim est opus valentibus medico, sed male habentibus: de quo habes optimum authorem, nec nega, e poteris.

Præterea á te ipso, & contra te deduco argumentum, dicis crisim subito ad melius esse verám crisim: & præterea folio 3. in fine, §. Secundo modo, &c. *Euaquatio critica, etsi in latiori significato alia est quæ fit in vtilitatem pacientis, & ex qua deoneratur natura & superest, sicut simptromatica euaquatio dicitur illa quæ fit in perniticm ægrotantis, & ex qua succumbit: & secūdum hanc aceptionem euaquationis, seu permutationis criticæ, & simptomaticæ planum est exitum variolarum quandoque esse criticum, & quandoque simptomaticum, cum plures prodeant*

in

in vtilitatem pacientis, & non raro in pernitiem, eius, at in exitu morbillorum pluries erit criticus, quia rarius fit vt ex morbillis quis pereat. Ecce sanguisuga ex te argumentum accipio, si crisis subito ad melius contingit in morbillis, & euaquatio profiqua & vtilis & critica, saltim in latiori significatio, cur non expectas maxime in morbillis, vbi raro non est profiqua, sicut raro non est salubris.

Denique te conuictum redere debuissent verba Valesij quando dixit. *Scire oportet affectus partium iudicatione factos, multo facilius curari, quam qui ob plenitudinem, vel cachoquimiam, vt iudicatorij abscessus, & hinc icteritia iudicatoria statim cessat, contra quæ à dispositione billiosa, quoniam in altero casu fouetur abscessus, in altero minime.* Vides quam citissimè cessent morbilli in omnibus quoniam scilicet intus nihil quod foueret est relictum, cur tu vis adhuc venam secare semper, vel saltim communiter, nisi quia sanguisuga sanguinis humani. 7. epid. 9.

Et vt omnino recipiscas, audias iterum Vallesium, cum ait. *Nulla euaquatio earum, quæ ante tempus iuditij sponte à natura fit persanat (voco autem tunc personare integre tollere morbum, & sine recidiua.)* Dicas chimerista in opinionibus, quando non persanauit morbillus? aut quænam ipsorum fuit rescidiua? & sic statim dixit vallesius. *Constat ergo, vel ex ipsis notionibus, illam fore optimam euaquationem, & criticã quæ morbum tollit, & facultatem non debilitat.* Vtrumq; adimplet morbillus, quoniam non solum non redit languidos, imo sine necessitate conualescendi, adeo vt in septimo possint omnes propria munia obire. 2. meth. 13.

Tandem ex Auicena habes sic. *Completa crisis contingit in ægritudinibus materierum subtilium calidarum virtute existente forti.* Non solum crisim expectabis, sed eam completam, & integram, maximé materia homogenea existente, cum etherogenea integritatem impediat. 2.4.t.1. cap.1.

Verum esset in aliquo casu, imo in omnibus, vt vis, excretio illa simptomatica nonne esset obseruanda in hora

exi-

exitus Spinosa? audias maximum Antonium Musam, cum ait; *Scito autem dum fit crisis, id est, actu iuditium, etiam si imperfectum esse videatur nihil agendum, nam quandoq; iuditij principium imperfectum esse videtur, sed postea in processu natura perfecte agit.* Y luego. *At facto iuditio si imperfectũ sit tunc naturã adiuuare debemus, per illam regionem, qua ducere cepit.* Si ergo doctor iste expectat motum naturæ in iuditio incompleto, imo in simptomatibus euaquationibus dum fiunt. Cur tu non expectas sanguisuga, & omnes venam secantes? maxime in morbillo, morbo critico, benigno, securo, & præsentanei successus. Si tu expectas, aut expectare debes Spinosa? impetum pustularum cum prurrigine (vulgo ronchas) in hora exitus impetuosi, & arces à venæ sectione quousque quiescat impetus. Si idem facis in hora icteritiæ simptomaticæ quando impetuosé bilis ad cutim mouetur, & hoc in euaquationibus certó simptomaticis, cur non expectas morbillos in hora qua impetuosè egrediuntur? & cur non expectant vniuersi medici venam secantes, ex eo quod cũ exitu impetuoso constat etiam febris. sine obseruatione decrementi sui necessario futuri in sequenti die, tum febris, tum morbillorum, & cum omnimoda abolitione vtriusq; in tertia die: accepit prædictam doctrinam Musa, ex Galeno, ibi.

1. aphor. 20.

Spinosa. Probabilia dicis Altamirane. Si ab exitu morbillorum febris cessaret, verum durat in sequentem, & tertium diem communiter; non ergo erit expulsio critica, quã do non est subita mutatio ad salutem. Altam. Obiecit sibi noster doctor hanc difficultatem in primo suo opusculo, & multis satisfecit in medicina euidentibus, quibus conuicti doctores, incognitus, primarius professor, & tu etiam in proprijs apologijs neo vnum verbum satisfactorium obtulistis: ego autem quoniam pulchra sunt quæ docuit, iterum repetam. Dixit ergo ex propria sententia, licet multis ex Galeno comprobata, quod in exitu subito morbillorum vniuersa materia peccans excernitur ad cutim, ac per consequens febris venarum, & earum ebulitio cessat omnino

nino, & sequitur integra salus, & subita respectu febris: subsequitur tamen febris accidentalis, quæ cum præcedenti continuatur ex ardore, & flogosi morbillorum, quæ resoluitur ad resolutionem ipsorum. Spin. In expulsione variolarum criticarum cessat omnino febris, nec altera, quæ continuetur, subsequitur. Altam. Ita est: interest tamen valde, quoniam variolarum materia est sanguis crudus, & crassior & statim atque á venis expelitur, amittit calorem, tum ex propria natura, tum etiam quoniam ob demoram, & longum spatium, ante quam ad cutim perueniant, amittunt calorem ex feruore comparatum, at morbilli cum ex sanguine calidiori, & biliosiori nascantur, & ex Auicena subito perueniant ad cutim, conseruant, & retinent pristinum, & proprium calorem, tum & ex feruore & ebulitione, & inde concitãt febrem secundam accidentalem primæ continuatam. Probauit hanc veritatem dominus doctor euidentissimis rationibus; primo, quoniam vt ratione & experientia constat, febris accidentalis concitatur ab erisypelate in membro externo particulari, vt in brachio, facie sine vitio venarum. Imo eadem nascitur ex phlegmone particulari externo à sanguine non ita calidiori. Et denique etiam ex sanguine crassiori in bubone, & loco adeo distanti cor incalescit sine vitio venarũ, vt constat ex Hip. cũ dixit; *Ex bubone febres omnes malæ præter diarias.* Ergo multo magis ex affectu erisypelatodes, totius corporis, cũ maximo ardore febris concitabitur accidentalis, quod autẽ talis sit morbillus est consensus totius scholæ scribentiũ, & Valesius in hystoria Simonis dixit. *Morbilli erisypelatis naturam referunt*, & Auicena dixit: *Est variola colerica*, & debile dixit quod sit omniũ humorũ calidissima. Quod autem causa extrinseca applicata febrẽ concitet, constat ex Hip. & Gal. in prædicto aphor. & ipse Gal. dixit: *Nã in bubonibus, & inflãmationibus & erisypelatis, atq; omnibus adeo calidis morbis, semper contingenes pars atq; continua, ipsa primum caliditatem assumit, deinceps vero & partem vicinam afficit, & hæc deinceps sibi proximam, atque ita vsque ad principium insiti caloris ubi peruenerit intemperies, totum celeriter corpus, principij sentit affectum.*

6. epid. sess. 2. 23.

de caus. morb. 2.

Probatur etiam hoc euidentiſsime in variolis dum ſupurantur reuertitur febris ex ſupuratione accidentalis, tamen de natura ephimerarum: ergo multo magis ſimilem febrem concitabunt morbilli ſtatim, atque egrediuntur. Antecedens experientia conſtat, & ab omnibus conceditur. Et cõſequentia probatur euidentiſsime: cum morbilli ſubito, & confertim egrediuntur, & totam cutim inficiunt, calor percipitur ſine comparatione maior, & intenſior ad tactum, quam dum variolæ ſupurantur, adeo vt in morbillis tactus non valeat ſuſtinere calorem, cum tamen in ſupuratione, facile ſuſtineat, ergo non ſolum febrem accidentalem, ſed multo maiorem concitabunt morbillĩ, in hora ſui exitus, quam variolæ in hora ſupurationis.

Præterea conſtat quod febris hæc ſecunda ſit & diuerſa à prima, quoniam medicus attentus, qui obſeruauit acceſſiones in febre præcedenti ante exitum morbillorum, iam poſt expulſionem non apparent, ſed quædam veluti continens perpetuo decreſcens, ſicut decreſcunt, & reſoluuntur morbilli, durans per duos, vel tres dies; non enim eſt alienum à natura ephimerarum perſeuerare ad perſeuerantiam ſuæ cauſæ, vt ex Galeno conſtat.

8 *metho* 4. & 5. Et tandem hæc ſecunda febris conſtat euidenter, quoniam quando morbilli in magna copia egrediuntur, magna febris, & maior apparet, quã quando in minori: ergo cũ ſine controuerſia excernantur critice, aut vt tu vis Spinoſa excernuntur proficuè communiter, cum in maiori quantitate deponuntur in cute; deberet imminui febris venarum & è contra augeri quando pauci excernuntur, at experientia contrarium apparet; ergo ex ipſa morbillorum quãtitate maior, naſcitur illa febris maior, quæ perſeuerat non ex diſpoſitione venarum.

Hæc fuit ſententia domini doctoris, quo probaret criſim morbillorum eſse citiſsimam, nec dies conſumere, verum ex abundanti tibi, & alijs venam ſecantibus in morbillis, dum iam apparent, admiſsit vnam eſse tantummodo

do febrem, & nihilominus criticos esse, de quo plura in prædicto discursu, & nos in quarta propositione repetemus. Spin. Adhuc est difficillimum intelligere exitum morbillorum esse criticum, cum enim noster doctor in excretione morbillorum ad vires plenitudinem esse docuerit in suis opusculis, & hanc non admittant iuditia critica, videntur necessario esse simptomatica. Altamir. Memini te hoc idem argumentum contra doctorem nostrum in tua apologia attulisse, fol. 6. §. in confirmationem &c. Et formasti argumentum ad hominem, sic; *Status coctionis excludit omnem plenitudinem ad vires, hanc admittit sanguifugus in morbillis, ergo excludit statum coctionis, ac per consequens eggrediuntur simptomatice.* Malicia, vel ignorantia plenus Spinosa? Multa falsó imponis, vt aliquid probare videaris, constat his diebus, ex his, quæ falsó imposuisti doctissimo doctori Simoni Ramos, medico à cubiculo Excellentissimi Comitis de Niebla: super quo fundasti prolixam apologiam, in qua accepisti respõsum nostrum, & doctorem illũm vindicauimus à falsa tua impositione. Et modò vindicabo nostrum doctorem, si audias ipsius verba, in primo discursu, folio 5. §. Bueno es el argumento, &c. Ibi: *Por manera que viene a sangrar Auicena despues que salen las viruelas en caso simptomatico, y no en el critico, pues sangra con agrauacion de la naturaleza, ad vires, & ad vasa, y esta no la ay en el mouimiento critico, donde la naturaleza es superior a la materia.* Et postea in secundo opusculo folio 7. §. Esto prosupuesto, &c. Postquam probabit morbillum regulariter esse criticum, nec subiacere vlli plenitudini, nec ad vasa, nec ad vires, nec vllis remedijs indigere, ad casum particularem simptomaticũ accedens dixit. *Lo primero en el sarampion, regularmente hablando la naturaleza se halla sin carga de plenitud ad vires, & ad vasa, que obligue al medico a descargarla por sangria. Esto bu el que es critico es euidente, que no se puede negar, pues son*

 in

incompatibles carga y crisis. Digo lo segundo en el caso particular y raro, donde el sarampion es simptomatico, y con plenitud ad vires sola: el medico no ha de sangrar sino ayudar el mouimiento de naturaleza con ventosas secas y sajadas. Puderet me, Spinosa, quando hæc multiplicata habentur apud nostrum doctorem, proposuisse tuum argumentum ex omnino contrarijs verbis eiusdem. Siste gradum Spinosa: Festina lente, attente considera saltim quas vis impugnare apologias, nec sicut reliqua celeriter eas peruadas.

Tertium mediũ, quo probare proposui morbillorum exitum esse criticum erat obseruatio, & experientia fælicissimorũ euẽtuũ maxime in epidemia, vnde orta est quæstio, ad illud probandũ placet solúm verba referre nostri doctoris in suo primo opusculo, fol. 10. quæ sic habẽt. *Todo lo que hasta aqui se ha discurrido para aueriguar el mouimiento critico en el sarampion, se pudiera escusar, y reduzir el caso a la obseruacion, y a los sucessos, los quales euidentemente prueban el caso mucho mas que todo lo dicho, todos han sido felicissimos, con buena y breuissima salud, y mucho mas buena en los que no se sangraron aun antes de salir, ni llamaron medico: quantos auran sido estos? diez vezes mas que los que lo llamaron, ase muerto alguno? por el muerto dellos vno solo dare, cincuenta sangrados, que si se libraron del sarampion, quedaron por lo menos flacos, con necessidad de conualecencia, q̃ si no se sangraran, no la tuuieran. y es cierto, que los no sangrados, que no llamaron medico, se libraron tan felizmente? sabralo el que lo dudare si lo va a aueriguar a santa Lucia, y la feria, y otros barrios donde se llama menos al medico y si lo va a preguntar al doctor Pedro Merced medico docto y atento, que tiene a su cargo toda Triana: el qual me dixo que para quarenta que le llamaron en la epidemia que corrio, no le llamaron para quatrocientos, y que todos sanauan luego. Y si no me quisieren creer a mi en los casos particulares que he curado, sin sangrar, auiendo començado el sarampion, auré de ser creido en lo que ha passado en mi hos-*

hospital del Amor de Dios, donde recibi trezientos enfermos a la puerta llenos de sarampion, y con muy grandes calenturas, y a ninguno he sangrado, estando otro dia algo aliuiados. y al tercero buenos y a la calle sanos y conualecidos; testigos el Administrador, los Curas, todos los enfermeros, todo el hospital. y assi fue mandato, que los enfermos de sarampion se pusiessen en mi quarto, porque hasta los xaraues se escusauan, solo con adelgazar la comida para no estoruar a la naturaleza, y con vn caldo, y çumo de limon, y que no se desabrigaßen, boluian sanos.

Si hæc ita habent Spinosa ad sensum, quibus rationibus, & obseruationibus poteris contrarium defendere, maxime, quod hæc obseruatio in hac, & alijs epidemijs, semper habetur, nisi in constitutione pestilenti (de qua non loquimur) Spin. Nihil ergo agendum. Altamir. Ita in critico, sola victus ratione instituta, qua iuuetur motus naturæ. Spin. & etiã in casu simptomatico? Alta. minime tunc enim aduntur frictiones, & cucurbitulæ, siccæ, & cum scarificatione in hora motus morbillorum. Spin. Cur non venæ sectio si natura non satisfacit in motu simptomatico ad vires grauata? Altam. Quoniã morbillus non est morbus plenitudinis ad vasa, quæ requiritur stante delatione ad cutim, vt venæ sectio administretur, at plenitudo ad vires sola, cum eadem delatione, deponitur sufficienter per cutim, ipsam adiuuando, de quo plura dominus doctor in suo primo, & secundo opusculo. Spin. Si non fuerint satis cucurbitulæ, & reliqua remedia diaphoretica, non ne erit vena secanda necessario? Alta. Ita agendũ iã enim naturæ motus cessauit, & consulendũ est venoso generi, perinde, atq; alijs febribus eiusdẽ, & cũ huc peruenimus Spinosa Velẽ dicas, qãndo nõ secas venã puncticulis apparentib9 in febre maligna, & similiter variolis apparentibus? Spin. Quando ante apparitionem venã seciueãm, & plenitudinem ad vasa deposueram, tunc enim non est inconueniens, quominus adiuuare possim

naturæ motum ad cutim. Altam. Adest ne tunc plenitudo ad vires. Spin. Non possum eam negare saltim in punticulis, tàm ad vires naturales, & vitales, quam ad animalem. Altam. Cur ergo nō exoneras naturam ad vires grauatam venæ sectione, vt necessarium fore in tuo prædicto argumento asserebas morbillis apparentibus. Spino. Quoniam ibi loquebar de morbillis, vbi antea non fuerat deposita plenitudo ad vasa. Altam. Ergo si apparentibus non inuenitur plenitudo ad vasa, cucurbitulis esset agendum. Spin. Ita. Altam. Ergo regulariter non est secā da vena, morbillo apparēte, etiam in simptomatico quādo natura mouet ad cutim, etiam si antea non fuerit secta, tenet consequentia ex consensu omnium scribentium. & asserentium morbillos non á plenitudine ad vasa, sed â cachoquimia, & vitio, cum Auicena, quando dixit: cap. 8. *Generatio variolarum est propter multitudinem sanguinis, & morbilli propter vehementiam malitiæ sanguinis corrupti pauci*: & hoc est fundamentum quo nitebatur semper dominus doctor ad probandum, quod etiam in casu singulari simptomatico morbillorum non est secanda vena regulariter dum fit excretio, sed iuuanda cucurbitulis, & alijs diaphoreticis. Sed tempus est iam, vt ad tuam secundam propositionem accedamus, siquidem de hac prima plura inuenies in opusculis nostri doctoris. Spin. Mea igitur secunda propositio sic habet.

Primus dies criticorum est septimus, ac proinde nulla crisis ante ipsum contingere potest.

Altam. Hæc propositio tua Spinosa similiter est detestanda, quoniam falsa, erronea, & contra vniuersam artē: multis impugnauit illam doctissimus Doctor Simon Ramos. Ego autem nonnulla addam: per illam contendis

Spinosa.

Spinosa? morbillorum exitum non posse esse criticum, quoniam cũ egrediatur semper ante septimum, semper erit simptomaticus, cum deficiat dies criticus, verum quam falsum hoc sit, ex plurimis constabit.

Primo accedat Hippoc.4.aphor.36.cum ait; *Sudores febricitantibus tertio, quinto, ij enim morbos indicant, &c.* Tertio, & quinto morbos bene iudicari docet, ergo quia boni, & iudicatorij dies:& Galen.ibi: *Non solum sudores, sed & quæcumque aliæ euaquationes, & abscesus dictis diebus commode apparere solent*, ergo quia criticè, & statim: *Omissit Hipocrat.quartum, quia morbi plurimi peracuti, qui cum sudore iudicantur tertio, & quinto die potius quam quarto iuditium subeant*; & Cardanus ibi ait. *Contendit Hip. magis explicare naturam dierum criticorum, quam vim sudoris.* Præterea ex eodem Hipocrate inthaso mulier morosa, & phrenitica tertio die fuit iudicata integré, & perfecte, & quod magis est phrenitica cum esset. 4. aphor 36. 3.epide. sef.3.

Auicena dixit: *Criticorũ dierum alij critici radicales, & fortiores, vt septimus, & 14. & hoc á radice superna, verum quando accidit diebus criticis propter aliquam causam ex ipsa egritudine in velocitate motus sui contingit crisis, & isti sunt tertius & quintus.* Ecce locum Auicenæ á quo desumitur communis illa distinctio dierum criticorum â radice inferna, vel superna, cum omnes critici sunt. Et in cap.7. cum dies criticos suo ordine numerasset, quintum quarto prætulit, & in cap.8. cum enumerasset dies qui non sunt critici, tertium & quintum non enumerauit, & denique Hipoc.dixit: mitissimæ febres, & signis firmatæ securissimis quarto die, aut citius liberant, & ẽ contra. Est enim communis doctorum doctrina, nullo dempto, tertium & quintum diem esse criticos, & indicatorios suntque innumeræ hystoriæ Hipocr. & Galeni, quç id ostendunt, & quando Galenus videtur septimum diem primũ annumerasse, inteligitur primus á radice superna, & mo- 2.4. t.2 cap.3. 2. pro

tu scilicet lunæ, quæ magnam vim habet in huiusmodi diebus, & quia præcipuus dies est inter omnes, & quia plures iudicat, quam tertius, & quintus, etsi veri, & boni sint. Spin. Dixi illud, locum habere, scilicet dies criticos ante septimum in morbis sine putredine, qui possunt iudicari antea. Altam. petit hæc tua responsio, vt examinemus tertiam tuam conclusionem, quæ secundam etiã comprehendit ad illam transeamus. Propone ergo illam Spin. Proponam, & sic habet.

Tertia propositio febris ex putredine orta, seu humor putridus causa febris, nunquam potest vinci, & conquoqui ante septimum.

ALtam. Ergo si febris morbillorũ non esset putrida, posset vinci, & iudicari ante septimum. Spin. Ita est, & ita sum interpretatus sententiam Hip. mitissimæ fe-
2. prog. bres, &c. Altam. Sed in multorum sententia febris morbillorum nascitur ex feruore, & ebullitione sanguinis tenuis sine putredine: ergo poterit iudicari, & vinci ante septimum. Spin. Negatur minor. Altam. Primum proba-
c. de va- tur ex Auic ena, quando ait: *Quandoq; accidit in sanguine*
rio. c. 6. *ebullitio, de genere ebullitionum, quæ accidũt succis, donec fiat ei substantia recta fortior prima, sicut in succo vuæ, ita quod rectificat ipsum faciendo vinum.* In quibus verbis noto duo alterum, quod sicut in coctione musti non est putredo, ita in ebullitione sanguinis ad generationem variolarum & morbillorum, secundum quod ebullitio communiter erit perfectiua, sicut in musto, ac perconsequens critica, raro enim est corruptiua, saltim in morbillo, & ex cõsequẽti raro putrida ebullitio. Spin. Omittis verba Auic. dicẽtis. *Secundum semitam putredinis.* Quæ verba putredinem insinuant. Altam. non putredinem actualem, sed dispositionem ad putredinem ex humiditate superflua, nisi natura perficeret, & rectificasset ebullitione perfectiua, cõstat hæc interpretatio ex eodẽ Auic. cũ dixit. *Et remãserit causa antecedente, reliquiæ caliditatis ex putredine coniunc-*

te secundum semitam putrefactionis. Loquebatur Auic. in intermittētib⁹, & de dispositione, quæ habetur in causa antecedēti, quæ sine cōtrouersia nō putret actu, sed potētia & dispositione, sic sanguis qui ebullit in morbillo, nō putret actu, sed dispositionē habet vt putreat siquidē naturā ad ebullitionē cōmouet, sæpe corruptiuā in variolis, & putredinē actu cōcitās, raro in morbillis ob materiæ maiorē benignitatē, & facilitatē, & sic Auic. eo cit. ait. cū de hac ebullitione perfectiua loquatur. dixit. *Et hoc est cuius causa est res quasi naturalis*: in quo videtur excludere putrefactionē, nisi ebullitio fuerit corruptiua. Vnde Iacobus de partib⁹ explicans locū Auic. dixit: *succi ebullientes spumā reddunt sicut variolæ, & morbilli, & hæc ebullitio similatur in hoc putrefactioni, quia in ea humidū separatur à sicco.* Itaq; ex isto auth. nō putrefactionē, sed similitudinē eius ponit in morbilo perfectiuo. Et Horatius augē. cum de morbil. loqueretur, ait. *Aliquādo in istis cōcitatur febris, quæ prorsus euanescit 3. aut 4. die, quā ego sinochā appello nō putridā tutissimā, ac benignissimā.* Ecce febrē sine putredine, & tutissimā, ergo superabilis in tertio, & quinto, & criticé, & in c. 7. sequenti dixit. *Ebullitio illa rectificatiua est quædā coctionis species sicut in musto, qua concoquit, & separat.* lib. 9. c. 4.

Gentilis etiā dū interpretatur prædictū locū Auic. ait: *Est enim illa ebullitio potius semita putredinis in sanguine quā sit putredo, nā sanguis qui remanet, rectificatur sicut vinū propter ebullitionem musti, sed si illa ebullitio, & calefactio superflue processisset, potuisset corrumpere, & putrefacere illum bonū sanguinē, sicut si acciderit ex aliquo musto ebulliente, quod non remaneret vinū bonū, sed corruptū. similiter ebullitio illa nō terminatur directe ad putrefactionē.* Diuina verba, quib⁹ multa resoluit Gētilis, docet nō esse putredinē actualē, & ex consequenti superabilē ante 7. posse tamē contingere, quando ebullitio fuerit corruptiua, & cū id raro cōtingat in morbillo raro erit cū putredine, & raro nō erit criticus. Eandem doctrinam tradunt omnes Auic. interpretes super præ dicto loco. cap. 6.

Nicolaus etiam Florentinus dixit: *Non est necessarium*

febrem putridam euenire in variolis & morbillis, imo vt plurimum est de genere humoralium non putridarum, scilicet sinocha inflatiua in variolis, & causon non putridus in morbilis: nõ est tamen inconueniens cum eis reperiri posse putridam febrem cum ebulitio perduxerit ad putrefactionem humorum. Ecce putredinem incorruptiua ebulitione, rara in morbillis nullam vero imperfectiua communi in pluribus: verum de ebulitione perfectiua, & corruptiua mvlta, & doctissima videbis apud doctissimum doctorem Coronel in sua apologia doctissima: & quando doctrinam hanc tot grauissimorum doctorum contemplor, non possum non admirari in turpi, & erranti iuditio doctorum apologizantium, cum alij dicent esse melignum morbillum, alij pestilentem, vt paliare possint praxim per nitiosam, secando venam communiter cum iam apparent morbilli critici, & saluberrimi. Habes ergo Spinosa ex prodictorum sententia febrem morbillorum sine putredinein ebulitione perfectiua, ac perconsequens poterit terminari ante septimum, vt concessisti in febribus sine putredine.

de sign. variol. c.14.

Spin. Ita esset si prædicti tui doctores vera tradidissent: ego enim febrem morbillorum semper putridam esse affirmo. Altam. Non est tibi nouum doctores contemnere. Spin. Cum sine ratione loquntur. Altam. Quasi tu solus esses rationalis.

Spin. Imo dominus doctor, quando ip sius doctrinam hodierna die defendere contendis, similiter iudicauit in suo primo opusculo. Altam. Non dixit simpliciter putridam, sed cum paucissima putredine, & adduxit Auicenã cum dixit: *semita putredinis.* Quæ verba supra manent interpretata de dispositione ad putredinem, non de putredine actu: Y assi dixo folio 3. *Verdaderamente, que de lo vno y otro se entiende quanto quiso aniquilar Auicena la putrefaccion en estas calenturas: y con esto no dudo que aura calenturas donde el exemplo de la ebulicion del mosto sin putrefaccion*

corra

corra enteramente juntandose alguna causa procathartica, o epidemia. Itaque exiguam, aut fere nullam putrefactionē concessit. communiter ergo doctores, vel nullam putre dinem admittunt in morbillis, vel illam exiguam, & pau cissimam: parum autem pronihilo reputatur Spinosa?

Verum sit ita vt vis pronunc, & febris morbillorum ex cōmuni putredine, perinde, atq; aliæ febres originē ha beat (multa enim tibi exabundanti concedo Spinosa, quæ nēgare possem) quid nam ex hoc sequitur? Spin. Quod in mea tertia propositione habetur, humor enim putridus, vt concoquatur plures desiderat dies, idq; pro baui ex sententia Hipoc. Dicentis: *Quibus in febribus mor- bi regij supervenerint ante septimum malum*: & ex verbis Galeni in commentario dicentis. *Nam citius non potest iu- dicatorie billis ad corpus effundi.* Alta. Nihil mirum etsi hæc pauca te conuincerent: verum mirandum quod ex tua sententia addideris: *Cuius ratio consensu communi me- corum est, quod adhuc bilis non potest ante septimum coqui, nec ex alia causa icterum ante septimum condemnaret, & statim infers, ergo multo magis materia morbillorum quæ crosior est non potest indicatoriè expelli ad corpus, vel coqui potest ante septimum, sed morbilli prodeunt ante septimum fere semper: er go semper prodeunt simptomatice, & ante coctionem.* Et quo niam hæc sententia aphoristica cum illius commentario & tua tertia propositio est præcipuum fundamentum tuæ apologiæ, quo contendis probare morbillum sem per esse simptomaticum, multis tecum agam, parce quæ so prolixitati.

4. apho. 61.

Et primum multa tibi restant videnda, & legenda Spi nosa, quando ais. *Consensus medicorum est, quod bilis non po test ante septimum coqui, nec ex alia causa icterum ante septi mum condemnaret.* Videas quamplures contrarium docen tes; primum locum habeat ipse Hipoc. cum ait: *In febre biliosa morbus regius cum rigore ante septimum diem superve niens*

4. acuto. 81.

ueniens morbum soluit. Hanc sententiam deberes interpretari ex Gal. in commentario, quando ait: *Nec ante septimū, nec post septimum cum rigore morbum soluit, sed distinguendū, an vt simptoma iecoris male affecti, an vero sine eius affectu natura per cutim bilem excernere conante.* Quasi in primo casu simptomatice semper excernatur, & in secundo, si extra ocasionem, id est, cū sine coctione, vt insinuat ipse Hipocrates. si vero in ocasione, hoc est, cocta materia morbus soluetur, quæ eadem interpretatio colligitur ex eodem Galeno in præhabita sententia aphoristica.

Cap. 12. Plinius lib. 26. dixit: *Hipocrates ante septimum diem in febre morbum regium mortiferum eße signum docuit, nos scimus uixiße aliquos ab hac desperatione.* Ecce famosus iste vir non consentit.

4. collig. 41. Auerroes, dixit *Hipocrates icteritia eueniens ante septimū diem in accutis febribus malum est. Sed reprobatum est experiētia in omnibus nostris terris.* Ecce non consentit iste doctor.

10. ad alm. 21. Rasius dixit. *Icterus ante septimum iudicandus non ex Hipocrate, sed ex vtilitate, aut nocumēto, et hinc probitas crisis aut pernities, ecce non consentit Hipocrati in prædicto aphorismo.*

10. Theo 10. Haliab ait; *Immoderatius dixit Hipocrates icterum ante septimum mortis eße signum: nam augmenti crisis imperfecta est non neceßario, aut lethalis, aut praua.*

cap. de icteritia. 1. de dieb. 4. Alexander massa dixit: *Dixit Hipocrates ante diem septimā hoc est, ante diem, in qua apparente coctione iudicantur febres malum. Speciatim autem meminit diei septimi, quia hæc dies ex Galeno obtinet principatum, non solum numero, & ordine, sed etiam potentia, & dignitate. Quod vero hæc interpretatio sit ad mentem Hipocratis constat, quoniam si aphorismus intelligatur simpliciter, & prout verba sonant perspique est falsus,*

vel

vel ipsismet Hipoc. & Gal. authoribus ex 4. acut. vbi contrarium docent, & secundum præhabitam nostram interpretationem Galenum intelligit, quando dicit ex Galeno: *Quod neutrum est perpetuo verum, sed neutrum potest aliter determinari quam signis coctionis, & cruditatis boni, vel mali iuditij. Quæso enim, ait, si facta humorum concoctione die tertia vel quarta bilis ad cutim effundatur, cur eiusmodi crisim dicemus esse malam.* Ecce dissentit iste doctor, ergo non omniũ concordia est recepta sententia aphoristica, vt dixisti, & prædicta interpretatio est, ait ex Galeno deducta in hystoria Hermocratis, qui sexta die fuit eruginosus, dixit Galenus: *Difunditur nonunquam per totum corpus flauabilis, quod decretorium est, vt in aphorismis quoq; est declaratum, vbi ait Hipocrates, morbus regius ante septimum malum: sed meminisse oportet eius quod sæpius audisti, ante quam morbus concoquatur, nec vllum alium abscessum, nec auriginosum recte fieri.* Ex quo infert Plinium, & reliquos prædictos authores malè Hipocratem intellexisse, similiter cum illis sentientem. tex. 81. 3. epid. sec. 1. 5.

Auicena etiam, sic interpretatur Hipocratem, quando dixit: *Icteritia ante septimum, & ante coctionem est mala.* Vtrumque tamen desiderat Auic. ad prognosticum. 2. 4. t. 1. c. 59.

Auenzoar cum dixit, morbum regium ante septimum diem malum esse, improbandum est, antiquos vero hoc dixisse, quod statuerunt hunc affectum non posse per crisim fieri. Ecce non consentit Auenzoar. lib. 1. tract. 13 c. vltim.

Valesius Maximus interpretatur predictam Hipocratis sententiã, sicut Masaria, cum dixit post multa, quæ ibi videbis Spinosa. *Dies septimus quia iudicantium est potentissimus, merito pro exemplo positus est, intellexere hinc Hipoc. & Gal. morbum Regium post septimum diem posse esse prauum & ante septimum bonum; & refert similiter Galeni commentarium 4. acut. quo se explicat.* Et denique, Spinosa, ferè 1 cont. 9

v̄niuersa schola scribentium, vel dissentiunt à sententia aphoristica, vel saltim à tua intelligentia, & interpretatione: quare ergo dixisti omnium medicorum consensu esse receptam, vt iacet, multa non videras Spinosa: lege, disce, & vltra proficies, & ex hac multorum ignorantia infero necessario, apologiam tuam non habuisse authorem tantum doctorem, non enim posset tanta ignorare vir doctissimus.

Thomas Rodericus, limitat prædictam sententiam aphoristicam; *Nisi aliqua copuletur euaquatio, cum Galeno ibi in fine commentarij, & cum Auicena.* Ergo saltim Spinosa prædictis circunstantijs vincitur, & superatur bilis, & coquitur, & decretoriè excernitur ante septimum, & multo magis causa morbillosa.

5. de loc 7. 2. 4. c. 59.

Sed quid opus est tantis? cum Galenus in prædicto aphorismo interpretetur Hip. in icteritia ex affectibus tribus iecoris ibi recensitis, cirrho scilicet, inflammatione, vel obstructione, quibus in casibus libenter tibi concedam septimus desiderandus dies, & vltra ad coctionē & victoriam. Secus in febre ardente sine his affectibus, sed ob redundantem bilis copiam, & putrescentis in genere venoso, causa minus resistens, & magis superabilis? quod autem sic interpreterur Hipocratem constat euidēter, cum ait: *Fit icteritia iecore male affecto, tres autem sunt casus, in quibus male afficitur tumor durus, inflammatio, & obstrictio, tumor durus diutinus morbus existit, inflammatio vero, & obstructio etiam repente fieri possunt, ac regij morbi, qui ante septimum accidunt diem, ex aliquo istorum ortum habent, nam citius non potest iudicatione bilis ad corpus effundi.* Si ergo dixit morbum ante septimum ex aliquo istorum (trium scilicet) ortum habet verba sequentia: *Nam citius non potest bilis iudicatorie ad corpus effundi.* Debile eorundem affectuum necessario est intelligendus. Idq; confirmant verba sequentia in eodem commentario, cum ait;

Potest

Potest enim & inflammatio, & obstructio longiori tempore permanere: ante septimum autem indicatorie bilem effundi est impossibile. Intellige tu bilem eorundem affectuum, qui magis rebeles longius tempus desiderant.

Verum, Spinosa, nollem tecum esse auarum, sed liberalem. Sit ita quod prædicta sententia aphoristica, & verba Galeni ibi intelligantur, vt vis, & quod prædicti doctores tecum interpretentur, nullo dempto, & affirment omnes, icteritiam pessimam esse ante septimum, & quod nullus casus, nec doctor appareat in contrarium quid inde sequitur Spinosa? sequitur ne causa icterica nō vincitur ante septimum ad criticandum. Ergo nec causa morbillosa? Spin. Sequitur equidem si vtrobiq; causa est billiosa, & putrida. Altam. Falleris multipliciter, nescis enim naturam bilis ictericorum, ea est valde crasa adeo vt ex crasitie nascatur, quod non per sudorem euanescat, sed in cute deponatur, postea paulatim resoluenda, emulatur denique crasitie bilem vitelinam (quam non colore, sed consistentia talem appellari est compertum) Spin. Quinam sunt authotes, qui crasam hanc bilē esse docent. Alta. Si legisses Spinosa vtique multos inuenisses: primus Auicena dixit; *Et fit icteritia secundum semitam expulsionis naturæ, & est critica, fit autem propter spisitudinem cutis, & grositiem materiei, & propter has duas causas fit icteritia cum commouentur venti septentrionales, & in hieme frigida:* Thomas Rodericus loco citato ait: *Quæ enim billis ictero terminatur exacte tenuis non est, sudore enim excorneretur, non ad cutim retineretur.* Hugo in prædicto aphorismo ait: *fit icteritia à bile crasa, & sententia de sola citrina intelligatur.* Citrinam autem bilem crasam ex mixtione pituitæ docuit Auic. 1.1.d.4.c.1. & esse præter naturam docuit 2.4.t.1.c.3. & in aphorismis, ex trāslatione Gulielmi Plantij ad marginem prædicti aphorismi reperies sic: *Eius causa esse videtur, quia icterus non ex*

15.3. t. 1.c.3.

5. de loc 7.

quauis

5.de loc 7. *quauis, sed ex crasiore bile fiat.* Donatus Anton. cap. de icteritia, ait: *Ex crasiori bile icterus, nam si tenuis extra propulsata fuisset.* Poteram tibi omnes scribentes referre, affirmantes prædictam propositionem. Pro multis audias Mercatū capite de icteritia, cum velet defendere Hipocratem in prædicta aphoristica sententia, dixit: *Verum qui rem diligētius scrutatus fuerit, reperiet, Hipocratem non omnino negare posse aliquando bonam crisim aliquam fieri ante septimum, ratio inpromptu est, quia bilis, quæ adeo crassa est, quod nec per sudorem, aut vrinam possit purgari, & adeo in abditis corporis partibus sita, quod per aluum minime; si natura cogatur eam expellere per cutim, nequit hæc sua sponte, adeo breuiter concoqui, quod ante septimum concoquatur: quippe non omnem bilem mittit natura per morbum regium, sed eam quam conterere, ac in sudorem, vel vrinam mutare præ crassitie non valet. Et ob id ea bilis quæ huius naturæ est, ante septimum salubriter non expurgatur, licet quæ tenuior sit 3. 4. & 5. per sudorem, aut vrinā, aut alui fluxum fæliciter excernatur, ac fidum, & salubre cōstituat iuditium* Ecce bilem icteritiæ crasam. ecce iuditium billis putridæ in 3. 4. vel 5. & quod id negare nō valuit Hipocrates. Et quamuis semper icteritia simptomatice accideret præ crasitie, & putredine, quæ conuentio lucis ad tenebras? & causæ icteritiæ ad causam morbilosam tenuē valde?

Sed aduc tecum Spinosa? non solum liberalem, sed prodigum esse volo, sic sunt falsæ tuæ propositiones, vt omnibus concessis remanent, tamen falsæ. Sit ita quod ex communi sententia doctorum, icteritia ante septimū sit semper mala, & simptomatica, & sit etiam quod fiat, non è bile crasa, sed è tenui, & palida, putrida tamen nō sequitur etiam ad causam morbillosam? valde enim interest inter morbum per excelentiam cachoquimum, maxim æputredinis in bile sincera, quæ proinde incoctilis, & insuperabilis à quibusdam recensetur, etiam post

septi-

ſeptimum cum materia benigna, familiari, nullius putredinis, vt á multis, & paucioris vitij, & in parua copia. Admitte quæſo Spinoſa, hanc á te gratiam recipiam, vt ſicut illam in ſeptimo concoqui, & vinci affirmas, hanc in quinto concoqui affirmare digneris. Spin. Minime dignabor febris enim morbillorum eſt biliosa, & putrida, & regulādus eius abſceſus, perimēc, atq; regulatur icteritia.

Altam. Petit reſponſio hæc mare magnum illud magnum tertiæ tuæ propoſitionis, quam examinamus. An ſcilicet materia putrida poſsit concoqui, & vinci ante ſeptimum in communi. Diximus hucuſque de icteritia in particulari, ob particularem, & ſpecialem rationem, qua noſter ſanguiſuga contendebat probare prædictam propoſitionem. Modo dicam in communi omnibus medijs, & rationibus, morbos ex putredine accutos, febres ſcilicet putridas poſſe vinci, & concoqui ante ſeptimum, & recte iudicari. In quo Spinoſa aduertas? quod non negamus febres putridas communiter ſeptimum, & vltra deſiderare ad coctionem materiæ putridæ; poſſe tamen ante ſeptimum ſuperari, & de facto ſuperantur. Aduertas etiã quod non ſequitur ex contrario contra morbillum ſine putredine, ex communi etiã ſententia, vel ſaltim ex communi etiam cum paucíſsima, volumus tamen ex abundāti eam tibi concedere.

Hoc ſuppoſito in hoc mare magno Spinoſa, tot, tantaque ſe offerunt, vt me reddant dubium, á quibus nã incipiam, & cum ab antiquioribus ſit rationabilius, primo loco accedat Hipoc. 3. prog. text. 7. ibi es viſurus non in 2. vt tu aducis ſpinoſa, quoniam in originali non vidiſti. Ibi ergo ait: *Simpliciſsimæ febres, & tutiſsimis comitatæ ſignis, 4. die, aut ante deſinunt.* Ibi interpretes iudicatione finiri dicunt: ergo ante ſeptimum. contendis Spinoſa? textum in ſolis febribus ſinochis, ſine putredine intelligendum. Et quod magis eſt, ais, eſſe communem interpretationem doctorum. Habes hanc doctrinam 3. prog. 7.

folio

folio 5. tuæ apologiæ, pag. 2. & ais vlterius: *Intelligitur sententia Hipocratis de his febribus sinochis sine putredine, quia solæ sunt securissimæ, & sine periculo, quoniam putridæ continuæ semper sunt periculosæ.* Multa falsa affirmas Spinosa, paucissimis lineis, falsum enim est quod ais, de solis sinochis sine putredine intelligendam sententiam. Secūdo est falsum, quod sit communis interpretatio doctorū. Tertio est falsum, quod febris sinocha sine putredine careat periculo, & quoniam horum falsitas constabit ex multis, quæ aducemus, modo scias velim vt discas, & vltro proficias, quod febres omnes tám sinochæ sine putredine, quā continuæ siue proportionales tertianæ duplici quam ardentes, omnes possunt esse simplices, & signis firmatæ securissimis, plus, minusvè pro natura cuiusque: in quo notabis quod signa morborum, seu febrium, alia sūt illis propria, & pathonomonica, quæ ipsarum naturam constituunt, alia vero sunt superuenientia, & mali moris, & redunt febrem malignam, periculosam, & læthalem, cum ergo in febribus solum apparent signa propria, & pathonominica dicta, maxime cum signis coctionis, nec alia signa superuenientia apparent mali moris: tunc febres sunt simplices, & signis firmatæ securissimis, etsi magnæ in essentia, & sic Vega ibi dixit: *Simplicissimæ non eedem quæ paruæ, sed febres acutissimæ, & magnæ debent esse, quæ primo quaternario terminantur, sed simplicissimæ, id est, optime moratæ:* & statim, *simplicissimæ, id est. cum signis salutis*, veluti ex coctione: & Valesius ibi dixit: *Signa salutis omnia sunt securissima, signa vero propria non possunt non esse magna in tam breuitempore:* In quo vlterius scias quod securitas, & simplicitas non appellant supra morbum, sed supra signa, morbus enim, febris scilicet continua quæcumque ea sit periculo non vacat, & nihilominus signis potest firmari securissimis. Spin. Quomodo secura salus si periculo non vacat. Altam. Dixi securitatem

ex

ex signis,& sic Gal,in prædicto commentario dixit, *signa autem mitissima intelligit, quæ particulatim maxime laudauit*. Periculum ex natura morbi perpetuo affligentis, & præcipuè ex ijs, quæ supervenire possunt ratione continuitatis, maximé in synocho sine putredine, in quo sẽper timendum, ne in putridum, & malignum convertatur, ut sæpe contingere solet; turpiter ergo dixisti synochum sine putredine carere periculo, idq; constat ex sẽtentia Galeni á te in præsenti adducta, cuius hæc sunt verba. *Febres solæ periculo vacant, quæ intermittunt etiam si vehementes habeant accessiones, & valde lõgas.* nota verbũ, *Solæ*, at synochus etiam si sine putredine non solum nõ intermittit immo vehementer affligit ob intensum calorem ergo cum periculo. 4.aph.43

Ex præhabita doctrina Spinosa intelliges modo Galenum in prædicto prognostico, quem non intellexisti, cum enim Galenus explicasset quid nomine simplicitatis in febribus: dixit, *at nunc Hippocrat. simplicissimas, ac mitissimas febres appellat pro eo quod est nihil maligni habẽtes, in quibus si signa, ex quibus sperari securitas solet, adsint, ultra primos quatuor dies non extenduntur, & é contra malignæ febres, quibus perniciossa signa sunt ad iuncta 4. die, aut ante interficiunt*. Ecce Spinosa minimé Galenus recordatur febriũ cum putredine, aut sine illa, sed solum ex accidentibus malimoris supervenientibus interprætatur prædictam sententiam: & ad exemplum Galeni universa medicorum schola, nec ego interplures, quos vidi, unum in venio, qui interprætetur illam in synocho nõ putrido; tantum abest, quod sit communis interprætatio; vide quid dicas Spinosa putas ne bellum gerere cum inermi, aut tyrone, qui tot falsa præterire sinat: nota etiam verba Galeni in præsenti commentario cum ait. *Hinc perspicuum est tertium diem inter criticos censeri cũ aut 4. die. aut ante desinunt. quod 1. etiã epid. voluit, ubi 3. diei* 3.progn.7

inter criticos primas dedit. ex quibus verbis constat de falsitate tuæ secundæ propositionis principalis, quæ etiã in hac tertia multis redarguitur.

Sed ad probationem nostram redeamus: constat etiam crisim in morbis putridis fieri ante septimũ ex eodem Hip. in muliere morosa, quæ tertio die perfecte fuit iudicata, & quod magis est fuit phrenitica, ut Vallesius interpretatur ibi, verba autem Hip. sic habent. *Tertio convulsiones quidem defecerunt, coma autem, & cataphora, & rursus vigiliæ. Exilut, continere se non poterat. Delirabat multa, febris acuta, ad hanc autem noctem sudavit multo calido pertotum. Liberata est á febre, dormivit. Omnia intelligebat, iudicata est* Quid clarius Spinosa? fuit ne febris hæc synochus sine putredine? & quoniam urinæ nigræ circa iudicationem, id copiæ mensium eo tempore prodeuntium tribuit Galenus ibi, melãcholicorum maxime, quoniam morosa fuit; indeque phrenitis ex bile cum melancholia.

3. ep sect. 3. ægro. 11

Idem Hip. ibi in Pericle, quar. die fuit iudicatus perfecte in morbo acuto cum putredine: sic habent verba Hip. pri. die *in morbo acuto minxit multum turbatum, urina reposita nõ subsidebat, secundo irritata sunt omnia, & urinæ, crassæ quidem erant, verùm magis subsidebant fastidium levatum est, dormivit. tert. febris levata est, urinæ multæ, & coctæ in quibus multum subsidebat, nocte quievit. quarto circa meridiem sudor prorupit toto corpore multus, & calidus sine febre, iudicatus est nec redijt, accutum* . Ecce luce meridiana clarius morbus acutus cum putredine, ut ex urinis constat in quarto iudicatus, & cum à maxima cruditate incæperit in pri. in sec. iam apparebat morbus in augmẽto cum manifestis signis, & in terc. fuit in statu coctionis cum perfectis, cur non in materia morbillosa miti, & cum exigua, aut nulla putredine Spinosa? sunt etiã innumeræ historiæ Hip. in quibus morbi ante 7. fuere

egrot. 8.

indi-

iudicati; sufficiát adductæ nec omnia possunt adduci.

Post Hip. sequitur Galen. innumeris in locis, verũ sit primus locus in lib. prim. de diebus decretorijs ubi sic habet. *Siquis primo die acuta febre infestetur nullum autem periculosum signum ipsi adfuerit, sed in urina aliqua coctionis nota inventa fuerit non extra quartũ diem morbus solvetur* & intelligẽdus in morbo ex putredine quoniã expectat perfectam coctionẽ in primo initiatam cum dixit *aliqua* quæ in morbo sine putredine non est expectanda, & cum ait, *nullum autem periculosum signum adfuerit*, intellige ex supervenientibus, ut in prænabitis; nam propria signa cum morbo invadunt á principio. 1. *de dieb. decret.* 13

Similem doctrinam tradit idem Galenus cum ait, *cum igitur primo die signum aliquod coctionis apparuerit reliquis etiam omnibus nullum periculum minantibus in primo quaternario morbus solvetur crisi, si motus habeat celeritatem, maiorem in tert. si non adeo in quar si veró fueri febris synochus in quart.* Ecce synochos, & putridas ex bile crisi terminatas ante sep. cum biliosas à synochis condistinguat, & in primo non coctionem, sed signum aliquod coctionis cum coctionem integram expectaret. & sic ait, *ad iuvat motus celeritatem amara bilis*, ut ex hac Galeni doctrina intelligas, quod interdum prima dies est indicativa tertiæ, ut contra primarium docuit Dominus Doctor in suo quar. opusculo, in quo venis, ut impertinens, & superfluus condemnandus Spinosa? cum cõdemnare voluisti dominum Doctorem tuo folio 5. §. *hinc patet* &c. quod dixerit in suo primo opusculo febres morbillorum incipere ab augmento, & cum multa dixisset Doctoribus incognito, & primario in secũd. tert. & quarto opusculo ad quid tu iterum repetis, forte ut ad implceres paginas: breviter ergo tertio satisfaciam. Febris hæc morbillorum Spinosa, iuxta multorum sententiam non est febris putrida, sed ebullitionis, ut 3. *criss.* 4.

 inpræ

inpræhabitis,in qua ſemper urina eſt cocta, & in eſſentia ſemper incipit abſtatu , ſicut homothona ex ſanguine;immo ex hoc ſigno á multis cognoſcũtur febres variolarum , & morbillorum , quod incipiat ab ſtatu, quod tu intelligas ad ſenſum medici,nam principium, & augmẽtum phiſicum ſemper eſt neceſſarium in morbo , & multo magis in materia quando eſt putrida , & coquenda.

Eſt etiam hæc febris exaliorum ſententia de genere putridarum,inqua conſideranda veniunt tempora materiæ,quæ etiam neceſſario ſunt quatuor, principium, à quo incipit; verum hoc principium non ſentit medicus, quoniam tanta velocitate properat ad augmentũ propter materiæ benignitatem , quod etiã ſæpius nec augmentum precipiatur, cum propter velocem apparitionem morbillorum iamad ſtatum fuerit vocatus medicus , cum ergo ais Spinoſa , *non dixit ſanguiſugus á qua parte augmenti incipiat.* dixit quod à nulla , ſed á principio,inſenſibili tamen,& occulto ad ſenſum medici;unde quando Galenus in hoc textu dixit, *cum igitur primo die ſignum aliquod coctionis apparuerit*, intellige tu non in primo inſultu , ſed in medio , vel in fine , habet enim. dies latitudinem 24. horarum ex eiuſdem ſententia:
1.criſſ.16 habes de hac re integrum caput Galeni; referam tamẽ
1.criſſ.17 breviter aliqua eius verba, quæ ſic habent. *Nan ſi ſtatim prima die in urinis appareat aliquod ſignum coctionis , iam hic principium tranſgreſſum eſt , numquid igitur nec omnino incepit; an hoc quidem impoſsibile? nec enim fieri poteſt, ut morbus proprium ſtatum recipiat non præcedente principio,& aſcenſu. Extreme breve utrumque horum temporum ſæpius fieri contingit adeo, ut in primo die morbus ad ſtatum perveniat.* Lege ibi plura, & videbis ex Galeno particularia tempora primæ acceſsionis coincidere cum temporibus univerſali bus morbi,quoad materiæ alterationem , ut conſtat ex

urina,

urina, quam contemplatur, ut non mireris si in quinto die vincatur, aut vinci posſit, quod negaſti; non ergo ab aliqua parte augmenti incipit morbus phisicé; melius interrogaſſes à qua nā parte principij, habet enim principium morbi in putridis ſuam latitudinem; cōſtat ex Galeno, dum triplicem differentiam urinæ contubatæ aſsignat, & cum omnes non excludant principium, alteram magis ad augmentum accedere, ait, quæ ſcilicet turbata mingitur, & poſtea clara redditur; & deniqué obſcura ſigna coctionis non deſcribunt augmentū ſed manifeſta; & Galenus dixit. *Et quidem rubens nebula, & ſubſidentia talis, & ſine ſubſidentia benecolorata urina, & craſſitudine mediocris principij finē manifeſtat.* & ſic. 1. criſſ. 16. maiorem diſtantiam abſtatu docet ex ſumma urinæ cruditate; ex quibus tibi reſponderem, quod prædicti morbi ſimplices, ex Hip. & Gal. ſicut, & morbilli, qui paucam, & exiguam putredinem habent (ſi forte habent ullam) incipiunt ab ultima parte principij, quo citius perveniunt ad augmentum, & ſtatum. 1. criſſ. 12. 1. cap. 17.

Sed ad rem redeamus: Galenus dum interpretatur Hip. ſententiam, ait. *morbus peracutus, & qui extremos habet labores, circa 4. diem habet ſtatum, & vigorem.* Extremi labores, & extrema ſymptomata non conveniunt morbo ſecuro, & ſine periculo, ut tu ais Spinoſa: nec conveniunt febri ſanguinis ſine putredine, in qua ſolum Hip. intelligis, convenit ergo alijs febribus acutiſsimis & putridis, & illud ante 7. ergo ante. 7. ſtatus morbi, coctio, & criſsis in putridis. 1. aph. 6.

Præterea Galenus dum interpratatur Hip. tertiana *7. circuitibus iudicatur.* & cū tertianā cū ardente cōferret ait. *nam quod incontinuis unus dies poteſt, hoc in intermitentibus acceſsio* & ſtatim *& rurſus, ut inperacutis. 5. 4. & 3. die morbus iudicari poterat, ſic in tertiana quoq; iiſdem circuitibus fieri ſolutio poteſt, natura minime ſeptimā periodum expectante.* 4. aph. 16

ctante. quid clarius Spinosa? ubi nam agebas, quando hæc omnia non videras; ecce causum ante 7. iudicatũ ex Galeno.

1. *Aph*.12 Vlterius Galenus cum triplex principium doceret, ait; *signa crisima, seu symptomata non apparent, nec fiunt in principio primo modo acceptum* (scilicet primus insultus) *apparent in duobus alijs*. Sed alterum secundum scilicet extenditur usque ad primos tres dies, ergo ex sententia Galeni intra tertium diem apparẽt signa critica, & cum per te Spinosa (in altera tua falsa propositione, quam postea examinabimus) crisis necessario contingat intra eundem diem, intra tertium necessario ex sententia Galeni contingit crisis, nec doctrina generalis Galeni restringi potest solum ad febrem sanguinis sine putredine, ut tu vis, nam cum signa crisima dicat Galenus antecedere, de exquisita crisi intelligendus venit, quam tu tua chymera sufultus, denegas in febre sanguinis non putridi, ergo alterum duorum concedere teneris, vel Galenum loqui de exquisita crisi, quã intra tertium contingere docet; aut febrem sanguinis sine putredine exquisita crisi terminari, siquidem cũ signis crisimis conturbationis, utrumque enim negas in prædictis propositionibus.

3. *de cri*.4 Galenus etiam, cum exemplum adducit 3. crisium, ad investigandum an crisis in 3.4. vel 5. sit futura, an vero in posterum, latè docet qualiter investigetur crisis in synochis, quã in 4. contingere ait, & qualiter in putridis cõtinuis 3 & 5. vide plura ibi Spinosa tuæ propositioni contraria, nam in continuis, & ardentibus biliosis necessario est consideranda putredo.

Tetrab. 2 *ser*. 1. *ep*. 22. Aetius cum inquirit quando morbus sit iudicandus ait: *Considerandæ insuper sunt, & superfluitatum coctiones, an bonæ sint, & in diebus bonis viribus robustis, si enim morbus statim ab initio ostenderit omnia signa extra periculum in*

primo

primo quaternario indicationem promittit. & adducit sententiam Hipocratis, *leuissimæ febris*, à te male intellectam, ecce in materia coquenda, & putrida interpræ-tatur Aetius sententiam, quam tu in solis synochis nō putridis intelligendam affirmas, docetque tales febres intra primum quaternarium, & ante septimum iudicari. Idem Aetius cum 4. & 5. inter dies criticos numerasset (ut simul tua secunda propositio reijciatur) ait, *si bona iudicatio futura est, oportet omnia prius iudicata esse in urinis, 3. igitur, & 4. & 5. dies statim ab initio preiudicantur, 4. vero septimum preiudicat*. Spin. In synochis c. 25. seq.
sine putredine urina ab initio est cocta, & sic significat iudicium breve. Altam. non sic est cocta ab initio in putrida, nec in primo insultu, maximè quod non magis 3. 4. vel 5. præiudicarentur, quam septimus, ad quē terminum solet extendi synochus, & denique videtur Aetius ex historia Periclis superius relata hanc doctrinam deduxisse.

Avic. dixit: *& febris ex putredine sanguinis quandoque pervenit ad statum in quatuor diebus*. Ecce putridam in 4. 1. 4. tract.
terminatam, & Gentilis ibi dixit: *quandoque in 4. pervenit ad statum, quoniam quandoque fit eo tempore crisis*; & in capite nono sequenti, cum de diebus indicantibus crisim per signa coctionis ageret, ait, *& tertius indicat quintum*. cap. 3.

Iacotius cum Hollerio lib. 3. de coac. Hip. latè prosequitur signa crisis futuræ in primo quaternario in materia putr. non enim possum omnia tranferre, ibi videas. 3. coac. comenta. 1. tex. 44.

Hugo Senensis dixit, *nota primo quod in 4. die materia cholere, & si sit æqualiter grossa, sicut illa, quæ est materia icteritiæ, potest esse victa à natura, & ideo expelli potest criticé*. 4. aph. 64
Ecce nota Spinosa; *& quod magis est in materia icteritiæ* tex. 36.

cacochima, & grossa: Idē Hugo antea dixerat. *quādo in sudoribus præcesserūt signa coctioni: bene iudicāt, in 3.5. &c.*

Clas. 5. quest. 203 Ludovicus Mercatus ait. *tertius dies accessionis vehementia crisim 4. die futuram antevertit, quia acutissimi morbi biliosissimi sunt, & prima die vehemētissimam habent accessionem, adeo ut tert. iudicentur.* & adducit historiam mulieris, quæ in thaso habitabat à me superius adductam, ut notaret coctionem in putridis celerrime interdum comparari: vide ibi plura; & nota ex interpretatione Mercati inpresenti, quod morbi peracuti, qui protinus

1. aph. 7. extremos habent labores, biliosissimi, & putridi sunt, quos Galenus ait, statim, idest circa primos quatuor dies, statum habere; tantum abest, ut de synochis sine putredine intelligatur in prognostico, in quo labores, & symptomata non sunt extrema.

1. epid. sect. 3. 50. Vallesius cum interpretatur Hip. sententiam, qua docet tert. & quintū decretorios, (contra tuam secundam propositionem Spinosa?) dixit. *Primus, & secundus dies non sunt decretorij, sicut tertius, & quintus, quoniam nullus morborum, quorum coctionem, & iudicationem expectamus, finiri uno die, aut duobus possit.* Ecce luce clarius Vallesium quintum, & tertium indicatorios docere, & in tertio & quinto iudicationem in morbis, in quibus coctio desideratur; vide plura ibi, quæ non vidisti Spinosa?

Et hæc veritas evidentissima ratione convincitur; cum enim morbi acuti terminabiles habeant latitudinem, tum ex parte materiæ, tum ex parte virtutis, fac ut in Petro iudicando in sept. sit causa putrida, ut quatuor, tum quātitate, tum qualitate, & virtus similiter, ut quatuor, & in sept. terminetur; fac etiam quod Ioānes habeat causam, ut tres cum eadem facultate, non ne criticabit in quinto? Vlterius fac quod virt⁹ sit fortior in Ioanne ut quinque nōne iudicabit, & criticabit in tert. hæc omnia fundamētum habent in bona philo

soohia

sophia, cum á proportione maioris inæqualitatis agẽtis fiat fortior, & breuior actio, tum etiam á proportione maioris inæqualitatis patientis, cum ergo materia minusputrida, aut nullo modo putrida minus resistat & ex hac radice cõmuniter virtus sit fortior, quid mirũ quod crisses contingant antecipatæ, vt in morbilis ob peculiarem rationem, ut in præhabitis à principio & infra etiam dicetur: maximé quod nõ solum coctione perfecta, & integra in crisi absoluta, verum in coctione ex dimidio, & in dimidia crisi subito ad melius, quam in morbilo non poteris negare Spinosa? crisis cum sit, & á te concessa, expectare debes morbilorum motum, nec statim phlebotomum convocabis.

Præterea Spinosa, non sic est regularis, & infalibilis proportio quarti ad 7. & undecimi ad 14. quod non recipiat mutationem, sæpe enim contingit, quod cum principium morbi sit longi spatij, reliqua tempora brevissimé finiãtur. Consule Spinosa tuum doctorem, qui sæpe observaverit morbum in suo principio hodie, & in sequẽti die iudicatum: natura enim fortiori reddita tum ex onerata venæ sectione, tum attemperata syrupis, & potionibus, tum etiam somni lõgitudine, & profunditate brevissimo tempore, immo intra diem naturalem reliqua tempora percurrit: & si huiusmodi adminicula contingant ante 7. cur natura non criticabit; & de somno longo, & profundo in pueris, audias Gal. sic. *Soli enim puerulı raro admodũ ex profundo somno, atque longo, subitã mutationem ad meliorem statum statim sunt adepti, sed eam plerique crisim appellari censent.* 3. *Prog-nostic.* 9. Cum ergo quæstio nostra sit in morbis puerorum, quid si iunctis alijs adminiculis somnus diuturnus, & profũdus adveniat ante septimũ nonne criticabunt, & cõcoquent ante 7? cur ergo has crisses imposibiles iudicasti? Præterea synocha febris ex sanguine putrido criticat in 7. cocta mate

 ria

ria ergo febris morbillorum, casu, quod sit putrida, criticabit antea, substantia enim tenuis promptius alteratur, quam crassa, at synocha ex sanguine putrido crudo, & crasso fit, morbillus ex tenuissimo, & perfecto ergó: dum hæc colloquimur Spinosa, similis historia cōtigit in hospitali Amoris dei, quam si placet pòterit referre dominus Doctor. Saavedra. Placet profecto, & sic habuit. Licentiatus Mora medicus secundus in prædicto hospitali febre magna continua de genere ardētium est præhensus, quæ non solum putrida, verum & maligna fuit iudicata, adeo ut bezoartica pro eius curatione fuerint recepta, urina subruba, crassa valde, nulla perspicuitate prædita, immo confusa, & cum aliqua perturbatione; hunc cum vissurus accessissem iuxta finem quinti diei hora scilicet secunda post meridiē (terminabatur enim dies illa hora septima) universi habitantes patiebātur magnum scandalum ob maximum delirium repente factum, quo tenebatur æger, & ob intensam febrem, cum intensione aliorum accidentium, erat autem urina in illa hora prædictæ simillima, ex quo de crisimis signis ad salutem non potui coniecturam facere, sed potius de perniciosis, & ad mortem, & de phrenitide incipiente, cum ergo die sequenti hora 7. ante meridiem cum vidissem, inveni sine febre, omnino cum urina optima qualis poterat desiderari, tum colore, tum substantia, atq; contento, & cum interrogarem de hac subita mutatione, dictum est ab hora duodecima noctis per duas, vel tres horas copiosissime sudasse, a quo sudore liber, & sanus evasit; adfuerunt semper à principio ad finem morbi omnes bachalaürei medici, qui ibi mecum praxim agunt, quos monitos habui de prædicta historia, ut ad sensum viderent crisim ante septimam in morbo non solum putrido, sed etiam maligno, sciebam enim, quod Altaminanus

miranus

mirandus missurus erat apologiam tuam Spinosa in gehenam ignis, Spin. si hæc crisis facta fuit in sexto, quo modo absoluta, & secura? Altam. quoniam pars illa cõturbationis in quinto accidit, quinto tribuenda est illa crisis, de quo plura videbis Spinosa in quarta tua falsa propositione sequenti. Spinos. Forte recidivavit? Altam. minime, immo brevissimé restitutus est ad pristinum statum salutis, testes sunt prædicti bachalaurij ipse æger, & universi in hospitali habitantes: Sed quid opus est testibus, cum quotidie plura huic similia in ægrotantibus observentur, & observavit Hip: in prædictis historijs Periclis, & mulieris morossæ relatis, & alijs; & observaverit tuus Doctissimus Doctor, Spinosa si attendat ad ea, quæ offeruntur: tanta est vis remediorum, ut interdum, & sæpius in morbis acutis crises de medio tollãt, sicut enim morbus ex decidẽtia relinquitur ab evacuationib⁹ artis, nec natura cõtendit adeo pugnare cum imminuta causa, sic interdum crisim anticipare faciunt natura á prædictis causis adiuta, verum non sic imminuta materia, ut morbi acuties, & motus celeritas deperdantur.

Infinita alia possem adducere Spinosa pro hac eadem veritate, nec est in medicina pagina, immo nec linea, ex qua non constet, ut admirandus venias in tua falsa propositione; relinquitur ergo, quod, cum crisis in putridis posit accidere ante septimum, sic etiam febris morbillorum; dato quod esset putrida ex communi putredine (quod tibi ex abundanti fuit concessum) cum tamen febris sine putredine, vel exigua admodum inveniatur, Spin. procedamus iam ad quartam propositionem. Altam. procedamus libentur. Spin. habet sic mea quarta propositio.

In vera, & absoluta crisi conturbatio, excretio, & salus;
Omnia intra diem naturalem contingere est necesse,
Aliter eveniens non erit vera crisis.

Altam. hæc propositio Spinosa similiter, atq; præcedētes, est detestāda; est enim arti, rationi, & experiētiæ contraria, idq; ex multis constabit, contendis Spinosa ex hac propositione inferre, quod morbill⁹ sēper ægrediatur symptomaticé, quoniam non intra diem naturalem, sed intra duos, tresvé dies ægrediatur, cum ex tua sententia crisis necessario intra 24. horas sit absolvenda in omnibus suis partibus; sed prius Spinosa notabis quod nō potest negari, quin tua propositio verificetur in multis, adeo, ut sit regularis amplius, & ut hoc est verissimū, sic est falsissimum negare, quod aliter non contingat sæpe in multis, & quod crisis secundum súas tres partes non extendatur ad secūdum diem, & interdum ad tertium: Secundo scias Spinosa, quod morbilli regulariter, & ut in plurimum ægrediuntur intra diem naturalem, sic ut ipsorum crisis inter celerrimas & brevissimas sit annumeranda; inmo de exituris in cōmuni loquens dixit Avic. 2.4. tract. 1. cap. 2. *& contingit quandoq; ut exituræ sint fortiores sudore in crisibus, nam plerumq; removentur per eas ægritudines subito.* & hæc fuit sententia domini Doctoris in suo primo opusculo cū dixit. *La mudança subita en el sarampion consta de los sucessos en los quales vera el medico cada dia, que dexa en la ultima visita libre al enfermo y quando buelve lo halla todo manchado, y lleno de sarampion.* & hæc celerrima terminatio, & crisis est evidens in doctrina Avicennæ, & omnium scribentium; dixit enim Avic. *morbillus secundum plurimum ægreditur subito; variolæ aliquid post aliquid.* & similiter locuntur omnes; tunc sic Spinosa, tempus illud spatiosum in exitu variolarum significatum per verba *aliquid post aliquid*. completur intra tres dies naturales, ita ut si inci-

piāς

piât variolæ apparere in die dominica hora duodecima v.g. in die mercurij eadem hora omnes iam excretæ apparent regulariter, ergo exitus morbillorum subitus contrapositus ab Avic. & ab schola Doctorum cõplebitur intra primum diem; aut dicas Spinosa qua dù ratione ægredientur, videris enim in variolis desiderare menses, & in morbillis septimanas. Spin. mihi satis est si per tres dies appareant morbilli, cum crisis unũ tantum diem desideret. Altam. scias Spinosa, quod aliud est morbillos excerni, aliud apparere, excernuntur intra primum diem communiter, apparent tamen per tres dies; in primo constant omnes, in secundo cum aliqua resolutione, in tertio cum manifesta; & etiam cum manifesta febris declinatione, & hoc commune est omnibus iuditijs, & crisibus factis per abscessus, desiderant enim abscessus post crisim tempus, & dies ad ipsorum resolutionem. Spin. Ego aliter sentio, & quod natura per tres dies parum, plus, minusvè, semper excernit, quod in crisi non contingit, sed intra unum diẽ completur conturbatio, excretio, & salus. Altam. sit ita ut vis Spinosa, & semper excernat natura per duos, vel tres dies in morbillis, erit nihilominús crisis absoluta; & adverte Spinosa iterum quam libenter tecum ago, nam, & si in alijs abscesibus criticantibus excretio ad duos, vel tres extendatur dies, in abscessu morbillorum vere possem id neg[illegible] sed sit ita, quod excretio duret per tres dies, qua dierum duratione vis excludere hanc expulsionem á ratione critica, erit nihilominus critica, expulsio, & absoluta crisis permutationis; quæ proposito ut e[illegible] multis constabit, sic tua contraria propositio in tua chimerica apologia nulla auctoritate constat, nec ratione, sicut nec reliquæ propositiones quas in nostro colloquio disputamus.

Pro nostra ergo propositione primo accedat Galen. 1. de Iudicibus decret. capit. 8. rubrica est, *ut cognoscatur dies iudicatorius quando iudicium ad plures dies extenditur*, ait, *& si tamen nullo in dice prius habito crisis subito contingat duos attingens dies, distingues utriusnam sit ex accessionum analogia*, & parum infra post quam docuerat signa, quibus cognoscatur, & adaptetur crisis, cum plures dies attingit, ait. *interim vero non duos modo, sed tres etiam dies iudicium attingit*. Ecce Spinosa crisim sine indice in confirmationem eorum, quæ in tertia propositione diximus, & præterea ex doctrina expræssa Galeni crisis ad tres dies extensa, ut sis admirabilis in tua propositione. Spin. dixi in mea apologia, quod non crisi tunc, sed solutione finitur morbus. Altam. de iudi-

3. decris. 7 cijs, & crisibus ex presse Galenus loquitur, nec determinatione, solutione facta potest intelligi, ipse enim dixit. *Quicumq; autem morbi paulatim finiuntur, solvi quidem in præsentiarum dicuntur, per crisim autem finiri nequaquam*. & statim, *Sicuti vero effatu digna evacuatio, vel omnino de cutibus cum loci perturbatione necessario in crisibus fiunt, ita in solutionibus, neq; agitatio aliqua, neq; evacuatio, nec decubitus accidunt*. Ecce luce meridiana clarius Galenus in morbo solutione terminando paulatinum motum sine evacuatione, excretione, & sine decubitu contingere docet; & 4. crisum 1. dixit. *mutationes morbi, quæ semsim emoriuntur, vel virtute, vel morbo contingunt, hæ solutiones simpliciter, non vero crises nominentur*. Quorum contrariũ evidenter in febre morbillosa constat, quoniam cellerrime movetur, & terminat, & cum subito abscessu.

Secũdo accedat historia asini. Spin. quid? vis notare auctorem illum per hæc verba? Altam. Minimé nã & si canthabrus nihil habet asininum, sed refero historiam Hip. in 4. epid. 60 in partione Vallesij, quæ sic habet.

bet. *Qui asinum ex pacto elevavit febricitavit statim, tertia, sanguinem fudit quarta, & quinta; septima, & octava iudicatus est, alvus humida.* Vallesius ibi dixit: *Iuditium esse in ipsa sanguinis fusione, & deinde multo tempore habuisse alvũ humidam ex 4.aph.27.* Ecce iuditium ad tres dies extensum ex Hip. & quod magis est per fluxum sanguinis, quod esse inter omnia iuditia brevissimum docuit Avic. 2.4. tract. 1. ep. 1. Vt ex casu ab asino cadas á propria opin.

Præterea Avic. dixit: *Et scias. quod exuberatio signorum crisis secundũ continuitatem in duobus diebus continuis, sicut 3. & 4. v.g. significant velocitatẽ crisis.* Ecce Spinosa, sed crisis per te in tua apolog. f. 2. pag, 2. conflatur ex cõturbatione, excretione, & salute; at ex Avic. sola 1. pars, cõturbatio scilicet occupat duos dies, 3 & 4. ergo si excretio sequatur in quintũ diẽ, iã occupavit tres dies ex Avic. & si in 6. salus appareat ad quatuor extẽdetur: in hoc autẽ textu per crisim excretionẽ intellexit, cũ Galenus potius in perturbatione consistere docuerit. 2.4. tract 1. cap. 3.

Idem Avic. in capite cui est rubrica, *cognitio dierum crisis cum dubitatur*, ait: *fortasse enim prolongantur dispositiones crisis duobus diebus, vel tribus, quare dubitatur ad quẽ eorum proportionetur.* & statim, ut doceat, cui nam sit adaptanda crisis dixit: *Consequetur ex eo, quod dies par est melior cuidam ægritudini, & impar est melior alteri; & præterea ex maiori labore duorũ, vel triũ dierũ, adaptanda enim est ei, in quo est maior labor, & quod facit esse magis necessariũ est, ut adaptetur diei medio ex tribus, cũ conditionibus prædictis,* & statim adducit exẽplũ Galeni á me superius adductũ, sic, *Considerabitur natura dierum, sicut si incipiat sudare in 7. & non cesset sudare in 8. tota die, tunc crisis erit in 7. non in 8 quamvis febris erradicetur in 8. Verum si è contra 13. sudare incipiat, & sudet toto 14. & febris erradicetur, ei debetur, non 13.* & ait: *quia octavus, & decimus tertius non sunt ita optimi.* Vbi nam agis Spinosa? quando capita integra habes, 3.4. tract 2. ep. 10. 1. de dieb. decret. 8.

cum

cum rubricis tuæ propositioni contraria, lege, & videbis, aggregabis ergo duos dies sudoris cum duobus cõtinuis conturbationis, ut ex præcedẽti textu Avic. cõstitit, & invenies crisim quatuor diebus compleri, & esse veram crisim, adaptandam tamen alteri illorum

Nicolus Florentinus confirmat hanc doctrinam cũ dixit, *& scias quod, quando auctores dixerũt quod crisis est motus velox, vel subitus non intellexerunt quod iste motus fiat in momento, vel in tempore imperceptibili; immo tempus crisis est satis notabile, pro quacumq; suarum partium sumatur crisis dicitur tamen velox comparatione ad motus tardos, secundum quod multæ ægritudines moṽẽtur, & indicãtur; alij dicunt, quod dicitur velox comparatione ad tempus coctionis materiæ, quod est longum.* Vis plus sapere, quam Nicolus Spinosa? falleris valde, immo estis primo diversi, cum ad quamcumq; disputationem adducat Nicolus universos artis Doctores, nullus tamẽ in ore tuo fuit repertus Spinosa? nec in tua apologia, semper enim ex tuo marte, non ex communi doctorum doctrina loqueris: Nota ergo qualiter doctrina hæc Nicoli consonet doctrinæ nostri Doctoris in suis opusculis, cum dixit crisim per abscessum, & si ad duos, vel tres dies extendatur, subitam dici cõparatione ad alios modos, quibus morbi terminantur; & sic Nicolus cap. 4 sequenti dixit. *incipit natura expellere in fine status, & in declinatione procedit.* itaq; duo tempora universalia attingit crisis, cũ antea præcesserit perturbatio, & sic statim dixit. *crisis sumpta pro alteratione salubri semper fit in declinatione universali.*

cap. 2. in definitione crisis.

Sed ante quam ulterius procedam attentum volo lectorem huius nostri colloquij; cum te Spinosa considero tam ignarum, quam superbum in tua apologia fol. 2. §. quæ debet &c. Liceat universa referre, quæ sic habent, dum contendebas crisim celerrimam, & brevissimam debere esse, dicis, *quæ crisis debet esse subitanea,*

idest

idest secundum omnes tres partes brevi tempore exercita, idest intra diem naturalem, in quo etiam comperio nostrum sangui sugum misere errare, ut pote qui cēset, persubitam mutationem intelligi eam, quæ fit intra tres dies, quo sic tueatur morosiorem exitum morbillorum, & variolarum, & sequentem mutationem esse veram crisim; error est in artis principijs, si enim per tot dies extensa terminatio morbi vera crisis est, ut quid dies critici signati per exclusionem collateralium in decernendo? ut quid septimus dies insignis decretorius solus, & sextus antecedens in decernendo, non ut cumq; sed quasi maledictus, & tyra no Regi persimilis exclusus? ut quid decimus quartus solus magnus decretorius, & decimus tertius, & quintus tantummodo intercalares? certe miror, quod vir iste eò fuerit rerum oblitus, quod non meminerit quæstionis satis apud omnes peritos medicos agitatæ, an vigesimus dies, vel vigesimus primus sit magnus decretorius, quasi ambos dies crisis occupare non possit, & tandem Galenus 2, de criss. cap. 5. iuditia, & terminationes morborum, qui non iudicantur subitó crisibus, quæ subitæ sunt, opponens, dicebat, iuditia vero paulatim evenientia duos aut tres dies occupant. ergo iuditia, & crisses subito evenientes non possunt per eosdem duos, vel tres dies extendi. Siste gradum Spinosa, non te pudet sic libere loqui contra virum veteranum, & magistrum? super quibus fundamentis edificasti, nisi super ignorancia cum superbia, quo nihil detestabilius docuit Galenus; de superbia constat, de ignorantia constabit; & in primis verba, quæ ex Galeno refers. 2. de criss. 5. ibi non habentur, non vides Galenū, ex cartapacio deducis, habentur enim prædicta verba lib. 2. de dieb. decret. cap. 5. quæ verba nō intellexisti, nec doctrinam illius capitis, & ut discas, & ultro proficias Spinosa, notabis, quod iuditia, seu crisses ad plures dies extendi stat dupliciter; Primo modo quando una, & singularis crisis cum singulari perturbatione, & singulari evacuatione, vel excretione ad plures dies extē

 ditur

ditur; de qua Galen° late 1. de diebus decret. cap. 8. ánte adducto, & ab Avic. prædicto loco ibi videas plura.

3.4. tract. 2. cap. 10.

Secundo modo iuditia ad plures dies extendi intelliguntur, quando diversis iuditijs, distinctis perturbationibus, & evacuationibus, diversis tamen diebus sine cõtinuatione cõtingunt crisses, veluti in Anaxione pleuritico, qui vigesimo die fuit sudore iudicatus, & tandem trigesimo quarto secundo iudicavit, & de horum dierum diversitate, & ad quem nam pertineat crissis, disputat Galenus per totum caput, ex quo adducis tua verba, *iuditia vero paulatim eveniẽtia duos, aut tres dies occupant.* & quamuis hoc ex toto capite constat, audias prima verba illius, á quibus incipit. *etenim, ut discernas, cuius nam diei proprium sit iuditiũ, cum in plures partitum fuerit distinctione opus est.* nota iuditium partitum, & postea in fine capitis veluti in epilogo ait. *interdum intervalla ipsorum numero quodam decretorio circumscribuntur, veluti si quis undecimo die indicatũ imperfecté decimo quarto morbus repetat, deinde vigesimo rursum die iudicato parũ integré, recidiva vigesimo septimo adveniat: inde postea acute ægrotans quadragesimo iterũ iudicetur. Hæc igitur quisque in ægris ipse videbit, qui diligẽter eis aßidere volverit.* Ex quibus assequeris Spinosa. quã extrarem, & sine intelligentia adduxisti verba Galeni in predicto capite, sic, *iuditia vero palatim evenientia duos, aut tres dies occupant.* non enim est nostra quæstio de iuditijs intercisis, de quibus hic Galen° sed de continuato ad plures dies extẽso, ut ex hoc tibi aperiam sensus, ut intelligas Galeni scripturas, miserrime enim errabas, in earũdem intelligẽtia; sed fac ut ad tuũ sensum intelligatur Galen°, de una scilicet, eadẽq; crisi extensa ad duos, vel tres dies, quid inde Spinosa? si totũ caput est de crisibus in morbis inveter ascentibus, ecce Galeni verba statim in initio. *Contingit autem morbis inveter ascentibus, & iuditia perturbationis vehemẽtiã*

2. de dieb. decret. 5.

&

& alterationis brevitatem, remittere, & ad duos sæpe dies, vel tres extendi. dicas inveterascit morbillus? vel dicas amittit brevitatẽ alterationis? (hoc est reductionis caloris) siquidẽ in 7. adsunt omnino omnes immunes. Præterquam Spinosa quod morbis inveterascentibus etiã subitæ, & breves crisses adveniunt, suscepto in morbo novo impetu, & vehemẽti in cremẽto, ut in Cleonactide; regulariter tamen ad longius tempus extenduntur ob materiæ maiorem crassitiem, quam tu tenuissimam in morbillis admittis, & biolossam. *1. epid. sect. 3.*

Tertio Spinosa in principijs artis te errantẽ reperio in §. adducto, cum te in conflictu maximo contemplor ignorantem, cui trium dierum sit adaptanda crisis, nã si ad tres dies extendatur ais, æqualis erit septimus cũ sexto, & 14. cum 15. & 13. habes integrũ caput Galeni lib. 1. de crisibus cap. 8. de hac re ubi late per totũ caput te docet nõ tribus diebus, quos occupat crisis, sed quod uni tantũ est tribuenda; cui autem sors cõtingat, docuit ex multis ibi Galenus; docuit & Avic. referens eiusdẽ Galeni verba, ut ex præhabitis constat; & deniq; docuerunt universi artis scriptores, ut ex hoc constet quãtum ignoraveris artis principia nostro dignissimo doctori satis manifesta; dolẽdum valde, quod Doctor ille Cantabrus primarius medicinæ professor, & veteranus tanta ignoraverit. *3. 4. tract. 2. cap. 10*

Et ut finẽ imponamus, memineris quam affectuose dominus Doctor desideraverit in suis opusculis cõtra apologizantes, ut asignarent tempus durationis crisis in parotyde, hæmorrhoydibus, fluxu menstruo, sputo, fluxu per urinam, decubitu ad articulos, variolis, & in alijs abscessibus; et de crisi per sudorem non dubitavit, quin regulariter intra 24. horas cõtingat, sicut & crisis per fluxum sanguinis, aut ventris, quamvis interdum ad longius tempus possint extendi; tu autẽ in tua

apologia,& similiter doctores incognitus,& primarius hæc omnia silētio tradidistis quis enim dubitat, quod parotis critica, (omisso tempore conturbationis, quod ex Avic. supra ad duos dies potest extendi), sola ipsa excretio à natura facta, ut parotis ad suam magnitudinem perveniat, duos,& tres & plures dies desiderat,& quod magis est durante adhuc febre, quamvis expulsio sit critica usq; ad resolutionem parotidis, perinde atq; in morbillis, in variolis criticis, sine controversia; (dempta tua chymerica opinione) non nè regulariter ad duos,& tres dies extenditur sola excretio? quod ex Avic. adduximus, cum dixit, *ægrediuntur aliquid post aliquid:* De crisi per sputum quis tam breve tēpus observavit; quis in crisi per fluxum sanguinis mēstrui? Vis tu quod pari passu currat iste fluxus, cum fluxu sanguinis narium? vis idem cum fluxu hæmorrhoydali critico, & spatioso? si decubitus ad articulos in 24. horis absolvatur interroga patientes;& quoties tu impatiens fuisti in ipsorum fluxione dolorosa, & si critica? Spin. in huiusmodi excretionibus, & abscessibus extensis ultra 24 horas non invenitur vera,& absoluta crisis. Altam. non vidisti diversa Galeni loca in contrarium; sufficiat tibi caput integrum, cui rubrica est. *de præsentis optimæ crisis iuditijs, & quæ ex quibus locis excretiones, & abscessus. &c.* ubi Galenus ait, *iudicant autem parotides lethargum, & reliquos omnes capitis affectus.* & in cap. 8. sequenti dixit. *Sed etiam per hæmorrhoydas crises fieri contingit, & mulieribus per mēstrua;* & late signa harū crisiū prosequitur, prosequitur etiā signa crisis per parotidas, cū ait. *Si subita difficultas anhelitꝰ superveniēs mox quiescat, eāq; gravitas capitis, ac dolor subsequatur, & gravis somnus, ac surditas, hinc in glandulosis partibus, retro aures necesse est abscessus fieri.* Vbi de iudicijs absolutis loquitur semper Galenus. quid? in lib. 3. secundum locos cap. 2. cum actionē

3. criss. 3.

naturæ

naturæ criticam in parotida doceret, in curatione ait. *Cum vehementi impetu fluxus illabitur, nihil nos curiosius agentes totum negotium naturæ permittimus.* non solum docet parotidam criticam evidenti observatione spatiosam, sed mea nihil esse agēdum, cum natura recte operatur, ut ne sanguisuga nimis curiosus convoces phlebotomum statim ab apparitione morbillorū: hæc omnia tibi gratis dedi Spinosa; morbilli enim citissimè apparent omnes regulariter, durat ipsorum resolutio ad duos, tres vè dies, est exquisitissima crisis in omnibus requisitis, immo est regina crisium, ut ex multis docuit noster Doctor in fine sui quarti opusculi contra doctorem primarium: Sed modo præter ibi dicta nota bis excellentissimum Galeni locum, qui sic habet. *Si enim, dum ægrotans iudicatur, febris solvatur, atq; alijs accidētibus liberetur, & melius fuerit coloratus pro ratione evacuationis, cum melioribus pulsibus, & ad surgendum robustior optima crisis est.* locus iste Galeni fere me cogit, ut credam morbillos cognovisse, & illos observasse, quoniam nulla crisis observatur in omnibus alijs febribus acutis, ad quam sic adæquatè prædicta signa sequantur, veluti ad crisim morbillorum; habes ergo Spinosa; quod crisis morbillorum est brevissima, & intra 24. horas exercitam, habes etiam, quod etiam si ad secundum, & tertium diem extendatur expulsio, non ex eo absolvitur á vera crisi; Reliquū est, ut ad tuam quintam, & ultimam propositionem deveniamus. Spin. quinta, & ultima mea propositio, & præcipua sic habet.

3. *criss.* 3. *in fine.*

QVINTA PROPOSITIO.

Nulla datur crisis perfecta per fluxum sanguinis
In synochis ex putredine, immo semper talis fluxus
Nascitur ex irritamento materiæ ante coctionem.
Expulse.

ALtam. quo tendis Spinosa? vis novam medicinã introducere, an novam sectã? hæc enim quinta propositio, sicut & præcedentes, est detestanda, est in medicina hæretica, nullum enim habet auctorem, nullam rationem; est expressa contra Galenum, cõtra Avicenam, & contra omnes scriptores medicos; non mirandum si Doctor ille Cantabrus venam secaverit ex latere contrario in pleuritide, habuit enim coadiutores Avicenam cum universa Arabum schola, & ex iunioribus nonnullos, qui cum limitatione contrarium docuerunt; & absolute habuit secum complicem Trincavellum, á quo omnia deduxit ad pedem litteræ in sua apologia; verũ mirandum valde in prædictis propositionibus sine ullo auctore, maxime in hac propositione quinta, quæ quam falsa sit, & erronea cõstabit.

Primo ex Galeno cum de optima crisi loquitur, &
3. criss. 3. de optimis requisitis, dixit: *Deinde formæ morbi excretio respondeat: si enim febris ardens sit, vel sanguis è naribus profluit, vel post vehementem rigorem sudor multus.* Et statim dixit, *Contingit autem, quod etiam per fluxus sanguinis nariũ phrenitis iudicetur; solvit etiam lienis, & iecoris inflammationes fluxus sanguinis nariũ si è directo fluxus respondeat.* Loquitur autem de exquisitis, & perfectis crisibus: Idẽ late prosequitur signa crisis per fluxũ sanguinis nariũ eodẽ libro, & per hæmorrhodas, & per vterũ: & lib. 1.
cap. 11. epid. dixit: *Est autẽ propriũ, si quid aliud, exquisitarũ febriũ*
sect. 1. 6. *ardentium, ut per sanguinis eruptiones iudicentur.*

Avicena etiã caput integrũ habet de signis crisis futuræ per fluxũ sanguinis nariũ, & late prosequitur idẽ
2. 4. trac. infra eodẽ lib. ca. 73. & inter multa dixit initio capitis:
2. cap. 6. *Et quæ sunt, sicut sirsen, & apostemata iecoris calida, terminãtur crisi completa per fluxum sanguinis narium, & similiter febres incẽsivæ, & pleuritis est res in eo media.* Deduxit hoc ex Galeno citato, ubi nota verbum, *crisi completa*: pote

ram adimplere multas paginas ex innumeris Galeni, & Avic. locis; sufficiant tamen adducta, ut ad omniũ scribentium auctoritates accedam. Spin. Siste gradũ Altamirane, nec ultra pergas? fateor, quod omnes sicut Galenus, & Avicena loquuntur, & docent crises per fluxum sanguinis, verum tales non sunt crises, sed irritamenta, & sympthomata non præcedente coctione; audias, quæ dixi in mea apologia fol. 6. quæ sic habent. *Probatur tertio nostra conclusio proposita* (quod scilicet exitus morbillorum semper sit sympthomaticus) *ex natura coctionis peractæ, & perfectæ, quæ, quo talis sit & in statu posita, debet materiam coctam alimentosam in venis ad incolumitatem omnimodam, & nutrire, potentem reducere separatis separandis, & ad formã meri excrementi reducis, ut ad syncerã bilẽ, vel melancholiã, vel quid proportionale extra naturã sanguinis, nec eo usque cẽsetur coctio cõpleta: sed morbillorũ materia nõ est merum excrementũ integré separatũ, est enim succulentum, sanguineũ, & si biliosum, ut patet ex colore rubro, ergo non est materia ex integra, & perfecta coctione secedens, sed potius ex materia putrescente, nec integre excrementa separãte, quod est proprium putredinis, quales etiam maculæ in malignioribus febribus ante coctionem integram solent apparere: non me latet aliquandò ex abundantia sanguinis sine putredine, vel præsente ea, posse apparere in cute rubentes maculas, & quod febres sanguineæ continentes sine putredine possunt iudicari fluxu sanguinis, quin adsit necessario putredo, vel desit coctio, quod tamen elicitur ex natura integræ coctionis est, quod rubentes, nec integram excrementi speciem referentes, maculæ non possunt esse portio causæ morbificæ, vi integræ coctionis secreta, & separata; & similiter si quando accidat, quod febris putrida sanguinea iudicetur per fluxum sanguinis, portio sanguinis fluens non est vi coctionis secreta, sed ex irritamento materiæ ante coctionẽ expulsa, quamuis evadat proficua, veluti a te facta sãguinis*

 missio;

misio; & sic huiusmodi iuditia semper fiunt ante statum, & symptomaticè: quamvis etiam in statu abundãte sanguine possit is fluere, non tamen vi coctionis secretus; multo igitur minus maculæ morbillorum prodeunt vi perfectæ, & ad statum devenientis coctionis, sed irritamento materiæ putrescentis, ac proinde earum exitus est symptomaticus. Argumentum est validum pro his qui naturã coctionis norũt: Alij enim nec quid sit, quod coquitur, seu quid eius terminus, norunt. Altam. abyssus, abyssum invocat Spinosa? uno inconvenienti dato plura sequuntur, erat maximum inconveniens venam secare regulariter morbillis criticis iam apparentibus, quod ut tuearis, in maiora, & deteriora incidis inconvenientia: Contendis ergo Spinosa hac verborum serie, quod sicut fluxus, & excretio sanguinis semper est symptomatica, sic etiam abscessus morbillorum, quos sanguineos iudicas ex colore, fiat necessario, & sẽper symptomatici, quod quam falsum sit ultra scribentium omnium auctoritates, quas cõcessisti; constabit ex multis.

Et primo Spinosa; crisim per fluxum sanguinis, & rubentes maculas in febre sanguinis sine putredine admittis, ergo admittere, & concedere teneris crisim in febre morbillorum, cum ex multis superius adductis constet febrem morbillorum sine putredine contingere? Spin. semper dixi febrem morbillorum esse putridã at ex suppositione quod sine putredine contingeret, posset iudicari prædictis morbillis, sicut & aliæ febres fluxus sanguinis, non ex vi coctionis secreti, sed quantitate deposita, sicut per venæ sectionem. Altam. ergo saltim ex prædictorum Doctorum sententia, & ad tuũ sensum posset iudicari febris morbillosa non putrida proprijs morbillis, deposita copia redũdantiæ in cute, & ex consequenti non erit opus venæ sectione. Spin. ex aliorum sententia, ut libuerit. Altam. quamuis hoc sit certissimum, & illud perte deberet concedi, quoniã

febris

febris morbillosa potius est ebullitionis, quam putredinis; sit tamen putrida, vt vis (quoniam semper tibi concedo, quæ negare possim) erit nihilominus vera [illegible]is ex vi coctionis procedens: In quo primo notandum; quod multiplex est coctionum differentia; non enim est uniformis coctio in omnibus iuditijs, quoniã non est eadem materia cum sæpe fiat in materia benigna alimentitia, & nutrire potente, ut in sanis; sæpe etiã in materia putri, & excrementitia, ut in morbosis; hãc differentiam coctionum in iuvativo, & in nocitivo dixit Avic. deduxit ex Galeno 2. acut. cum ait: *Cruda autem biliosa appellat, quia etiam ea quæ in excermentis fit, coctionem vocat, quamvis ea commutata nutrire non possint, ut bilis utraque, & sanies; verum quia talia quoque natura vincii, ideo excrementa huiusmodi, quæ à natura superata sint, incocta nominare consuevit: sic igitur biliosorum humorum concoctio est, ut sanguinis in inflammatione contenti in pusmigrãtis, qua in re concoctionis nomine in sua generaliore significatione intelligimus; est autem generalior cum natura causis fortior fuerit, easque pro sua vi permutaverit: quamobrem incoctas urinas coqui dicimus, cum tamen ab urinis coctis ali corpus non possit, ita etiam bilem, aut crudam, & incoctam, aut concoctam dicimus, nam cruda flava abundé est, & acris, & male olens; cocta vero pallidior, & minimum male olens.* Idem etiam Galenus 6. epid. sect. 5. T[illegible]. 6. dixit: *Morbi calidi in senecta coctione sanantur ex Hip. coctione scilicet omnẽ ad mediocre temperamentum adductionem significante, ut in maturiscentibus fructibus.* Coctio autem in nocitivo multifariam dicitur, prout multifariam sunt materiæ putridæ, & excrementitiæ concoquendæ: quænam autem sint in febre morbillosa ad nos attinet probare, & quæ nam deponuntur in cute; ac similiter quænã sint, quæ fluxu sanguinis critico excernuntur in synocho, & ardenti, ut constet, quod vi coctionis peractæ abscedunt,

2. acut. 44

concocta, quæ vero non superata

H

dunt,& excernuntur;contra tuam propositionem Spinosa?

Morbillorum ergo materia, quæ ebullire facit sanguinem in febre morbillosa, sicut & variolarũ est i[illegible], seu serum redundans in massa sanguinaria, quæ universam ebullire facit, & in hac ebullitione, in quibusdam variolæ, in alijs morbilli exoriũtur pro varietate iecoris, & se[illegible]sitatis, & pro varietate dispositionis materiæ, quæ in massa sanguinaria reperitur. Quod hæc serositas sit materialis causa, quæ universum sanguinem ebullire faciat, constat primo ex Auicen. quando hanc ebullitionem variolarum, & morbillorum contulit cũ ebullitione musti, in qua comparatione duo notabis Spinosa: alterum, quod sicut in fervore musti non est putredo, sic nec in ebullitione morbillorum, vel saltim exigua, nec momentanea, ut ex hoc crisim in tua opinione debeas admittere, quando est ebullitio sine putredine: alterum vero, quod sicut serositas, & humiditas superflua, & aquea est, quæ facit mustum ebullire, sic etiam in morbillis, & variolis.

Gentilis dum ibi interpretatur Avic. dixit: *Non quilibet sanguis est aptus ebullitioni rectificativæ, sed qui est multũ aquosus, & fluidus, aliter enim non ebulliret, & ideo Avicen. dixit, facit eum ebullire multa aquositas sanguinis,* & sic statim ait, *& corpus quidem variolis præparatum est illud, quod est calidum, & humidum, & conturbatæ humiditatis.* Hinc parum infra docuit, *præparatur ad variolas, & morbillos*
2. de morbis. puer. capp. 22. *ex cõmestione lactis camelarum, & æquarum,* quoniam scilicet valde serosum. Mercatus dixit, *Morbilli plerumque fiunt ex biliosiori seró; ex adustis succis, ac vehementiori calore.* Et denique audias verba Galeni 4. simp[illegible]. sic
cap. 3. *Tertium recrementum in vino est aqueum, quod toti vino permixtum est, hoc primario, potissimumque fervet.* Verum de hac humiditate serosa ebullire faciente in variolis, &

morbillis

morbillis plura doctissimus Coronel ibi videbis Spinosa, & ex hac humiditate serosa ebullire faciente ex peculiari conditione ab ortu contracta, nascitur proprietas, & conditio febris morbillosæ, ut citissimè, & ante septimum semper iudicetur, ut in principio diximus.

Supposito ergo, quod hæc serositas, & humiditas magis adusta in morbillis facit ebullire sanguinem; hæc eadem est concoquenda, discernenda, & excernenda ad cutim simul cum recremento bilioso, qua excretione facta massa sanguinaria relinquitur depurata, & laudabilius nutrire potente, & prædictæ materiæ serosæ, & biliosæ ad formam excrementi redactæ ad cutim perveniunt, sive sit per coctionem, vel ebullitionem sine putredine natura perficiente, & reprimente eo modo, quo potuit, veluti in succorum ebullitione, sive sit media putredine (quam tu vis) utroque enim modo natura perficit, segregat, & excernit. Spinos. *Dixi quod morbillorum materia non est merum excrementum integrè separatum, est enim succulentum, sanguineum, & si biliosum, ut patet ex colore rubro.* Altam. ex levissima ratione à tota medicina deflectis Spinosa? color ille flavescens in morbillis ex multis nascitur, & si ex humore bilioso, & seroso cocto, & segregato ad sensum Galeni supra. Primo, quoniam illa excretio nunquam fit tam syncera, quod secum non rapiat expulsio aliquam portionem sanguinis, quæ rubere faciat, etiam in minima quantitate, idque dominus Doctor notavit in secundo discursu contra incognitum in mixtione paucissimi vini rubri cum vino albo, aut cum aqua, ubi cum vis aquæ permaneat, color tamen valde mutatur, & si hoc in aqua? quid si cum bile crocea, & flava portiuncula sanguinis rubri, & flavescentis permisceatur, ut in morbillis accidit: & hoc constat in melancholiæ ex-

2. *acut.* 44.

 cremento

cremento à iecore,&liene separato in iecore temperato,& perfecta coctione,non enim excernitur ita syncerum,quod lien ex portione sanguinea non nutriatur, & postea ad maiorem synceritatem redactum tundatur ad ventriculum.

Præterea Spinosa audias Galenum de exquisito
2. ad Glauc. 1. erisipelate. *Erisipelas est multo inflammatione calidius, magisque colorem flavum repræsentans,& si tetigeris facile subterfugit,& rursus illabitur, exquisitè tenue, & aspectu rubicundum non dolet,ut inflammatio.* Deinde ad colorem rubrum non opus est sanguine, datur enim bilis rubra,
sect. 5. com. 14. quæ rubere faciat; constat ex Galen. 1. de nat. human. tract. 4. & quod magis est in lib. 6. epid. dixit. *Atque ita etiam bilem rubram vocavit, quæ serum sanguinis est.* Et cũ icores sanguinis flavescentis in febre morbillosa ebullire faciant, ut docuimus, quid mirum, quod illi icores, excrementitij tamen,& ut tales secreti, & victi rubére faciant. Quamvis mihi satis erat satisfecisse tuæ dubitatiunculæ de rubore morbillorum;procedam ad crisim per fluxum sanguinis, quam omnino negasti, idque misericordia commotus, ut doctorem tuum magis cupidum pecuniarum, quàm doctrinæ,a tanto errore eripiam.

Contendis Spinosa, ut prædixi,quod non datur crisis per fluxum sanguinis ex vi coctionis morbi, quoniã non sanguis,sed excrementum esse debet, quod vi coctionis excernitur, sanguis autem excrementum non est separatum,sed succulentum sanguineum; ex eodẽ fonte excludis crisses omnes per abscessus sanguineos, artrithidem,parotidem,bubones,variolas, & morbillos,atque quoscumque alios phlegmones, & similiter excretionem per uterum,& per hæmorrhoidas (explico quod intendis,quoniam ex tua apologia nullus intelligit quid tibi velis sic in omnibus es obscurus.) Et

primo

primo Spinosa non negabis, quod febris sanguinis putrida admittat coctionem, & in urina observetur, constat ex Galeno 9. meth. cum dixit, in febre illa continente, quæ perpetuo decrescebat. *Itaque ad portionem minuentis se febris urinæ concoctio processerat.* Si tunc superveniat fluxus sanguinis nõne ex vi coctionis procedet? Spin. Crisses accidunt in statu, & vehementia morbi, & accessionum, ex eodem Galeno; cur vis in declinatione crisim? Altam. optime dubitasti, sit ergo exemplum in alijs duabus differentijs febris ex sanguine, in quibus coctio, & status materiæ coincidunt cum statu morbi, & tunc fluxus sanguinis morbi terminativus eveniat, nonne eveniet ex vi coctionis? Spin. Minimè, quia sanguis integer, & ruber excernitur nutrire potens, non excrementum, quod ex coctione resultat, sed excernitur, quia quantitate redundat, irritata natura, promiscuè enim exit sanguis, & iuvat sicut venæ sectio. Altam. Ergo similiter sanabit venæ sectio eo tempore ab arte administrata, quod est falsissimum, tum quia in statu conveniret, quod negat Galenus, tum etiam, quia valde perfectior est operatio á natura facta. Spin. Non secarem ego venam, sed observarem naturæ motum. Altam. Cur ergo secas venam cum morbilli apparent, & in hora exitus, & non observas ipsorum motum, cum tamen evidenter iuvent. Spinos. Quoniam fluxus sanguinis non cõstat, quo evadat, & quando finiendus, & ob propositiones, quas disputavimus in hoc nostro colloquio. Altam. Iam constat ex prædictis, quales fuerint, modo hanc ultimam absolvamus: & de febre ardente dicas, quãdo per fluxum sanguinis iudicatur, ut ex prædictis Galeni, & Avic. locis superius citatis constat, & præcedẽte coctione, nonne erit vera crisis ex vi coctionis? Spin. Et si talis fluxus iuvat, & persanat, non ex vi co-

cas. 4

3, *de diebus decr.* 7.

2. *aph.* 29.

ctionis secreto excremento per coctionem separando, sed ex irritamento naturæ præ quantitate. Altam. Erit ergo talis fluxus sympthomaticus, etiamsi adsint signa perfectæ coctionis, quod est contra artem, & erit persanans, sympthomaticus cum sit, quod etiam est ab arte alienum. Spin. Cur vis crisim laudabilem, & perfectam, si non evacuatur materia peccans, bilis scilicet, quæ redundat, & peccat in febre ardenti, cum talia excerni oporteat, qualia sunt quæ peccant ex Hip.

1. aph. 2.

per fluxum vero sanguinis, sanguis est, qui evacuatur. Altam. hoc est, quod ignorabas, scies modo Spinosa? Fluxus sanguinis in febre ardente, cum præcessit coctio in urinis, nascitur ex vi coctionis humoris, scilicet biliosi, coctione communiter dicta ad sensum Galeni supra 2. acut. à coctione sequitur discretio, & a discretione expulsio per fluxum sanguinis. Spin. Cur non excernitur bilis syncera, & pallida. Altam. Quia nec syncera melancholia excernitur à iecore ad lienem, sed aliqua portio sanguinis ipsam cõmittatur, ut prædixi, & cum per putredinem bilis comparet intensiorem colorem, sive flavum, sive rubrum ex Galeno citato, cum portione sanguinis, qui iam etiam putruerat, & à consortio laudabilis etiam segregatur media coctione fluxus sequitur sanguineus ex vi coctionis segregata bile, & iecore rubro, cum aliquo rubro sanguine putrescẽte, omnia iam ad formam excrementi redacta, & secreta; ex quo sanguis in venis relinquitur optimus, & laudabilis, & nutrire potens, ut tu vis; hæc omnia plana sunt in febre ardente, & in febre morbillosa, quam tu vis esse biliosam, & putridam.

cõm. 44.

Verum in quo maior esse potest dubitatio est in synocho putrida cum tota massa putrescit, & fluxu sanguinis iudicatur media coctione præcedente, in quo casu talis statuitur conclusio. *Sanguis narium, v. g. in*

febribus

febribus continentibus putridis cum tota massa putrescit, si præcedat coctio, est excrementum ex vi coctionis secretum, quò febres terminantur subito, & maßa sanguinaria relinquitur depurata, & laudabilius nutrire potens. Conclusionem hanc gratis accipias Spinosa? ad hoc enim nihil attinebat: cum morbillosa febris, fluxu sanguinis non terminetur. Verum ut opera misericordiæ exerceã, & quote à tantis tenebris,& ignorantia deducam ipsam disputabo.

In quo notandum primo,quod fluxu sanguinis iudicatur synochus sine putredine, aut cum illa, & utrobique est vera,& absoluta crisis,verum in synocho nõ putrida crisis non fit ex vi coctionis præcedentis, coctione enim non indiget sanguis laudabilis, fit autem concitata natura ad expellendum sanguinem redundantem. Spin. Si fit ex irritamento, ergo erit excretio sympthomatica. Alt. Obiectũ expultricis semper est quãtitas,vel qualitas,ut Gal.2. de differ.feb.latè,etiã cũ criticè expellit, interest tamẽ cũ expellit debito tẽpore,& debito modo,valens regulare evacuationẽ, sic sanguis interdum parcißimè excernitur, & stilla dicitur; accidit autem cum expultrix impotens præ pondere,& languore non expellit, ex quo pravum significatum: excernitur etiam immodicè,cum vel nimis irritatur expultrix á quantitate,& qualitate sanguinis, vel ex impotentia facultatis retentricis,& tũc etiam sympthomaticè excernitur: portio sanguinis excernitur, cum natura contemperata,& interdum ex parte exonerata venæ sectione, reliquum haud ægre vincit, & trudit ad venas narium,vel uteri; & si quæ humiditas serosa ebullire faciebat sine putredine, per sudorẽ excernitur,ut accidit adolesceti febre synocho sine putredine laborante,qui á venæ sectione,& sudore suborto in 4. est iudicatus incantamenti instar, quod melius accidisset,

cap. 11.

9. meth. ep. 4.

cidisset, si natura anticipasset venæ sectionem ab arte factam. Spin. Non erit pugna quando nõ est coctio, & ex consequenti, nec crisis. Altam. Pugna critica non fit in hora coctionis, non enim fit in statu, sed in fine ipsius, fit autẽ in hora expulsionis, immo ex pugna expulsivæ contra humorẽ nascuntur signa criticæ, & in fluxu sanguinis expultrix contendit, idque videbis in conturbatione, quæ accidit in sanguine mõstruali per duos, vel tres dies antecedẽtes, cũ natura expellere tẽtat, ut constat lib. de sanguinis miss. erit ergo talis absoluta, & vera crisis, quod negasti Spinosa? erit enim tunc subita mutatio ad salutẽ, & cũ pugna, & nihil amplius ad crisim desideratur; & huius census est crisis morbillorũ, quoniã, ut ex prædictis cõstat, est febris sine putredine omninò, vel saltem exigua valde, licet in morbillosa febre discernatur à massa sanguinaria pars illa serosa, & biliosa, ut prædiximus, sanguine tenuissimo conspersa; in synocho verò non putrido sanguis promiscuè excernitur, & quãvis non ex vi coctionis, est tamen vera, & absolutra crisis. Spin. Si mitissimæ febres sunt sine putredine, quænam signa, & accidẽtia critica, quæ debent esse multo maiora. Altam. Non considerasti, quæ dominus Doctor docuit in defensionem doctissimi Simonis; illud est, quod in huiusmodi mitissimis febribus sympthomata critica sunt proprijs maiora, verũ mitiora, quã critica reliquarũ febriũ putridarum, immo inter febres putridas sunt febres mitissimæ, cum ex proprijs signis iudicantur, & deficiunt supervenientia mali moris, & in talibus signa crisima, & si maiora, quã pro ratione morbi, minora tamen, quã crisima morbi maligni ad salutẽ terminãdi. Hæc est doctrina clara, certa, & evidens; contrariũ est mera ignorantia. Spin. Adhuc non videtur in prædictis morbis inveniri optima crisis, dixit enim Galen. 4. aph. com. 22.

cap. 18. (margin)

Siquidem

Siquidem oportet præire coctionem, subsequi vero discretionē, & postea evacuationem, ut bona sit iudicatio. Alt. Loquitur in crisi ex humorū putredine, in qua cruditas consideratur, id constat ex antedictis. *Quo enim* (inquit) *tēpore a causis morbum facientibus gravatur natura, adestque cruditas humorum, bene aliquid evacuari est impossibile.* Præterquā quod, si coctio est necessario consideranda crisim præcedens, nullibi amplius, quam in synocho non putrido, in quo semper stat coctio, subsequitur sanguinis discretio ad venas narium, & tandem excernitur fluxus sanguinis, ut ex hoc, locus Galeni, etiam verificetur.

Iudicatur etiam fluxu sanguinis synochus putrida; putrescit autem sanguis tripliciter. Primo modo, quādo non sic invalescit putredo, quod non reducatur ad benignum sanguis, ut sit materia optimæ nutritionis media coctione, & tunc verum habet, quod Galenus dixit. *Coctio facit cessare putredinem manente substantia.* & ut iste effectus consequatur consuluit 11. meth. sic. *Ita utique & putredinem, quæ in vivis est orta, sanabimus, id scilicet, quod iam corruptum est, omni ratione evacuantes; quod reliquum est moderatis motibus, & refrigerante perspiratu ad exactam symmetriam reducentes.* In quo consilio exemplo posito in carnibus putrescentibus tradit secundū modum, quo sanguis in venis putrescit, quando scilicet omnino corrumpitur, & omnino non recipit gratiam naturæ, idque constat ex urina perpetuo cruda, & cū signis maximæ corruptelæ, & usque ad mortem durante. Eandem docuit doctrinam 2. aph. posito exemplo in vino cum acescit, sic, *quod in vinis accidit acescentibus, tale quidem, & in sanguinis alteratione contingit, nam ubi ex toto acida facta sunt non redeunt rursum ad vini naturam. parvo in ipsis facto momento, ita ut accidum quidem habeant saporem, nondum tamen acetum sit, multa ex his pristinam salutem*

artis. med. 89. cap. 8.

comm. 17

lutem recuperarunt. Tertio modo putrescit sanguis in synochis medio modo, sic, ut quamvis non recipiat gratiam naturæ omnimodam, ut apta materia alimenti reddatur, recipit tamen ipsius beneficium in qualitatibus reprimendo putredinem coctione communiter
2. *acut.* dicta, ut in reliquis excrementitijs humoribus ex Ga-
44. leno citato. Et tunc apparet iam urina cocta, & verifi-
cap. 6. catur Galeni exemplum 1. de different. feb. cum dixit. *Humorum autem putredo, quæ in vasis fit, similis est ei, quæ in inflammationibus, atque abscessibus accidit.* Idque natura vincente, quando dixit ibi, *& superante natura fit, sicut in tumoribus pus, & in humoribus, qui in venis, & arterijs continentur, quadam puri proportione respondens subsidens in urinis.* Et sicut pus est excrementum ex vi coctionis, sic sanguis qui putruit, correctus tamen: in quo etiam casu
cap. 89. verificatur doctrina Galeni lib. artis med. cap. 1. coctio enim talis facit cessare putredinē, fætorem scilicet, & calorem immodicum ex Galeno 2. aph. cum ait, *Pus ex*
com. 47. *sanguine ortum habet, qui semivitiosam habet mutationem, nā vitiosā simpliciter cum putrefactione fit olida, optima autem est ipsa nutritio, medium ergo tenet pus.* Et si substantia inutilis maneat, sanguis scilicet in limum versus, vel in alios humores degenerans, iam est aptus in excrementum, ex vi coctionis secretum, ut fluxu sanguinis excernatur. Spin. Excrementa ex vi coctionis secreta secernuntur à massa sanguinaria, à quonam secernitur iste sanguis cum fluit, si totus putrebat. & totus excernitur? Altam. A quonam secernitur totum pus? nōne totus sanguis in pus est versus, & inutilis, & totum pus excernitur ex vi coctionis resolutis, quibusdā partibus tenuibus in suppuratione, sic etiam resolutæ fuerunt dum sanguis putruerat à calore. Spin. Nō magis apertis venis sanguis putridus, quàm laudabilis excernetur? Altam. Minimè; sicut enim natura potens humo;

humorem, sanguinem scilicet, quantitate, vel qualitate peccantem transmittit de loco in locum, secernendo interdum utile ab inutili, sic etiã putridum sanguinem quantitate, & qualitate peccantem trudit, & expellit ad venas narium, vel uteri, illumque secernit ab optimo, & laudabili, idque constat in sanguine hymorrhoydali, quem secernit natura à laudabiliori sanguine: docuit Galenus lib. de atra bile sic. *Etenim natura semper dat operam, sanguinem ut expurget, vitiosumque ab eo secernat, ora venarum, quæ in sede sunt, adaperiens, & humorem melancholicum sanguini mixtũ excerners.* & 6. epid. dixit. *Aperiuntur venæ hæmorrhoydales, cum natura humorẽ melancholicum expurgat, interdum cum plenitudinem excernit.* & statim dixit. *Accidit interdum, ut natura aperiat ora venarum, ut quod atrum est, evacuetur, sed accidit, ut pravo evacuato, bonus sanguis subsequatur.* Idem docuit lib. de humorib. & in lib. 6. aphor. text. 11. ut ex hoc intelligas Spinosa quod multo amplius natura excernet sanguinem putrentem, magis inutilem, & excrementitium, & magis irritantem: idque etiam constat à venæ sectione, videbis enim quotidie sanguine educto, quantũ constet eius putredo ex colorum varietate, & quia ruber color non apparet, ita ut sententiam proferas de maxima putredine: & evidentius id probatur in eadẽ venæ sectione, nam cum sanguis putridus primo exijt laudabiliorem existimas, quám si é contra; signum enim est, quod partes internæ fortiores corruptum sanguinem ad extrema mittunt, si ergo hoc laudas, & factibile iudicas, cur non iudicas factibile, quod natura in febre sanguinis putrida, cum iam apparent signa coctionis, posit illum excernere ad venas narium, uteri, vel hæmorrhoydarum, idque ex vi coctionis. Spinos. Oporteret tũc sãguinẽ putrere iuxta venas aperiẽdas. Altam. Putrescit ibi, cum excernitur; hinc nascuntur

cap. 4. *sect. 5. 25* *text. 26.*

ſigna prædictorum fluxuũ iuxta prædictas partes, quæ late invenies apud Avic. 2. 4. tract. 1. cum antea pu-
cap.4.& treret in vaſis diſtantioribus iuxta thoracem, vel iuxta
5.10. & iecur, lienem, & venam cavam, á quorum locorum di-
11. verſitate, naſcuntur in febribus varia ſympthomata. Et inde cum natura ſuperaverit eo modo quo potuit, ad prædictas venas abſcedit, & eas aperiẽdo excernit. Et hoc totũ ex vi coctionis cõmuniter dictæ. Spin. Cur vis ſanguinem putridũ ex vi coctionis excerni, ſi tunc ſedimentum apparet in urina album, leve, & æquale; tale autem eſt pars cauſæ morbificæ á qua ſegregatur, nec à ſanguine rubro album excerni poſſet. Altam. Eadẽ ratione qua in ardente febre album excernitur, cum bilis rufa & flava ſit, & quod magis eſt dum atra bilis poſt coctionem, ut excrementũ excernitur, vt Ga-
4.apho. len. docuit cum dixit. *Et propter hoc, atra bilis, & alius om-*
22. *nis huiuſcemodi humor, ubi ſigna coctionis in morbi proceſſu ap-* *paruerint, bonàm ſignificant evacuationem*. Spin. Quænã eſt ratio utriuſque, Altam. Si credendũ eſt plus quã comentatori in ſua q. de urinarum ſedimento à quo accepit Fernel. & acceperunt alij plures, ſedimentum
Turiſ. ſemper eſt portio materiæ alimentitiæ quæ ſubterfu-
3.patho. git naturæ elaborationem, quam ego veriſsimã ſem-
17. per iudicavi, etſi contra Gal. & Auic. & inter alias rationes referunt quam adduxiſti, quoniam ſi licet tale ſedimẽtum album non poteſt adaptari prædictis humoribus peccãtibus. Spin. Non ſignificaret tũc ſupra cauſam morbificam, ſed ſupra alimentitiám. Altam. Reſpondent quod circa utrunque ſuccumbit, & circa utrumq; ſuperior redditur natura eódem tẽpore, & ſic circa utranque materiam ſignificat urina perfecte cocta. Verùm ne à Galeno & Avicen. (ut tu in omnibus) recedamus, dicendum quod prædictum ſedimentum album, leve, & æquale, ſecernitur á prædictis humo-

ribus

ribus putrescentibus. Album autem reditur, nã quẽadmodum sanguis ruber reditur à carne parenchima iecoris, sic sedimentũ à partibus solidis. Vtrunque laté prosequitur Gal.6. li.de placit. Hip. atestãtur enim orta suis causis. Immò non solum á solidis albescit sedimentum, ex Gal.ibi. sed etiam ab ipsa carne; audias Doct. Thom. Rod.li.1.de dif. feb. *Siquidẽ caro ipsa ferè, si spectetur, in totũ sanguinis tingentis, expers, albet, nõ rubet: sivè in pluribus alitũ cõsideretur, sivè in quadrupedibus, sivè in homine ipso, & in sue, quare intercoquendum exuitur sanguis ab ascititio rubore dum carni similis reditur, argumentum est pus albescens in phlegmone carnem obsidente, & pus album in ulcere carnoso*, & sicut in ardente sedimentum albũ cõparatur ex bile, ex portione proportionata, sic in atra bile, & sic in sanguine putrido, remanent tamen utraq; bilis dejectione excernenda, & sanguis putridus per fluxum sanguinis, sivè cũ iam degenerauit ad eum modum quo in febre ardente manet explicatũ (quod est magis cõmune) sivè in limum versus. & in corruptelã abiens cũ naturæ beneficio, quod minus contingere solet. Vt ex prædictis intelligas Spinosa? quod fluxus sãguinis narium in febre putrida, & cũ signis coctionis, ex vi eiusdem, & ut excrementũ quãtitate & qualitate putrida redũdans, secernitur á natura, à reliquo sanguine utili & ad venas narium truditur ex vi coctionis secretus. cap.8. cap. 6.

Cõstat ergo Spinosa? quã erroneæ fuerint tuæ quinq; propositiones, quæ integrã tuã apologiã constituunt, & quã vera; & ex arte sint omnia quæ dñs Doctor in suis opusculis docuit. Est enim cõmunis cõsẽsus nullo dẽpto, quod morbill9 est abscessus cõmuniter criticus, nec ull9 unquã dixit ab urbe cõdita quod sit symptomaticus, assigna illũ & tecũ sentiã Spinosa? ut ex hoc scias quod nõ est secãda vena regulariter illis apparẽtibus ut tu facis cũ alijs multis tecũ errãtibus. Et scias

quã erronea & falsa,& in medicina hæretica sit univer sa tuæ apologiæ doctrina. Verũ tãta est vis veritatis ut vellis,nollis,vel ipsã cõcedis, vel ridiculus appares cũ dicis, folio 10. tuæ apologiæ sic. *At si prædictus celer motus morbillorum concitatissimus sit & impetuosus, & accidat hæc expulsio in 3. vel ultra 3. diem febris, æquum erit expectare per aliquas horas, quousque prædictus impetus remittatur aliquantulum, & tunc temporis statim etiam mittendus sanguis, cum hac tamen cautela, quod misso sanguine utamur cucurbitulis cuti affixis, & frictionibus iuvantibus impetum proficuum naturæ.* Ecce turpissimam doctrinam Spinosa, non se tenet tuus pusillus Doctor, in omnibus pusillus, quænam sunt horæ breves, quas expectas, forte vis ut medicus cum ægrotantibus pernoctet, fac ut in 3. accedas ad ægrum hora quarta post meridiem, & invenias quod hora decima cæperit excernere morbillos magno impetu, ut frequenter fit, & adhuc perseveret in tali motu, expectabis sine venæ sectione usque ad sequentem diem, siquidem impetus perdurat, at in sequenti die, vel durat impetus, vel est remissus, si durat adhuc, non secabis venam, ut ais. Si est remissus remissa est febris iam, & morbilli incipiunt evanescere, ad quid venæ sectio. Præterea cur vis venam secare, impediendo motum proficuum ut ais, & præterea si semper sympthomaticus per te, cur semper proficuus. Vlterius cur in tam brevi tempore venam secas, & cucurbitulas adhibes, cur non signas hæc tempora, instantanea esse oportet, quoniam & ipsa ægritudo ab exitu morbillorum fere instantanea est. Præterea si ex supradictis vis excretionem per tres dies durare, cur modo tam celerrimam iudicas & brevissimam, ut aliquantulum solum expectes ut finiatur motus? Dicas Cantabre quomodo hæc coherent? Saavedra. In die quo hæc coloquimur, agitur vigesima prima mensis

Maij

Maij hoc anno 1627. discessi á curatione duorum puerorum, alter agebat quintum, alter sextum annum agebat, erant ambo filij Didaci de Culeta, vocatus ergo hora matutina, alterum inveni morbillis plenum á planta pedis usque ad verticem capitis simul cũ magna febre. In altero vero cum eadem febre, cæperant morbilli in facie apparere. Vtrunque dimisi instituta victus ratione, ex galinæ iure cum limone accido, alterum quoniam iudicatum putabam. Alterum quoniã iudicabatur, & ut ad vesperam observarem motum morbillorum; inveni ergo similiter morbillis plenum ad vesperam, cum eadem intensa febre, & cum utrunque iudicatum certo scirem, tum ex pulsus constantia, & dilatatione, tum ex tolerantia ægrorum, & morbillorum colore optimo, & præcipue ex natura morbi ferè semper critici, eadem victus ratione instituta dicessi. In sequenti die, eadem hora, illos inveni cum eadẽ febre remissiore tamen sicut morbillorũ color erat aliquantulum remissior, & ad vesperam eiusdem diei, amplius febris & morbilli remittebantur, in sequenti die ad matutinum, dies in quo hæc scribo, quando secundus dies curationis adimplebatur, ecce obviam facti sunt mihi, nec parentes valuerunt eos in lecto cõtinere, sine febre, & cum obscuris signis morbillorum integri, constantes, atque si morbum non fuissent passi sine venæ sectione ante & post apparitionem. Altamir. Verum quid opus est exemplis, non dixit dominus Doctor in primo opusculo, quod sex millia puerorum eodem modo fuerunt sanati anno 1625. in epidemia quæ occasionem dedit huic controversiæ, quibus non solum non est vena secta, sed nec medicum vocaverunt. Discas ergo Spinosa, & tuus Doctor sanguisuga discat, iudicare de natura febris morbillosæ, & de cuaratione, nec in pernitiem humani generis tan

tum

tum ſanguinis fundatis. Spin. Recedamus iam ſi placet Altamirane? ſol enim fere ad occaſum accedit. Altam. Nonne aliqua controvertentur circa tuam ſecundam apologiam contra ſanguifugum titulus eſt (morſulos,&c.) Spin. Abſit á me talis apologia indigna homine Chriſtiano. D.Saavedra. Ad me pertinet huic apologiæ reſpondere, ſuperſedeatis quæſo. Sic etiam ad me pertinet hæc omnia memoria tenere, & typis mandare prout voluiſtis. Faciam id libenter in magnum ægrotantium emolamentum. Altamir. Spinoſa, vale ergo doctor dignisſimè, & vos quoque valete viri ingenioſisſimi.

FINIS.